

Wiecky byc magnificy verborum,
a inops rerum.

hoc veritas.
Subita largitionis comes poenitentia est
Gressus comitator Heriles. wyprowadzaiąc

IDEA

ROMANI ORATORIS

Praeceptis Rhetoricis &
Praxibus expressa.
atq; olim à me
Studiosae Iuventuti proposita.
Nunc demum lucubrationib9
~~ex quam [illegible] eiusdem~~
adornata.

Anno salutis
M.DC.LXX.

PRÆFATIO

Ideam Romani Oratoris vobis propono discipu-
li, legibus et Rhetoricis legum observationibus
institutam. Exteriorem eius faciem ab elocu-
tionis Oratoriæ lineamentis formabo: interio-
rem inventionis, argumentationis, et omnigenæ
supellectilis Rhetoricæ apparatu instruam. Qua-
tuor partibus unum opusculum Rhetoricum distri-
buam. Prima parte de Commatum Periodorum et
amplificationum methodis agam: secunda pars
Orationes nostro sæculo usitatas docebit. Tertia pars
locos Rhetoricos, seu divitem omnis Eloquentiæ
thesaurum aperiet. Quarta parte variores modos
laterè profundiq Orationis tradam. A vobis
cleo postulo si sincere verum fructum optatis
ut initium verè Rhetoricæ semper amore Dei
inchoetis. Alterum est ut sedulo exercitati-
oni quotidianam Authorum lectionem iungatis

PARS PRIMA
De Oratoria Elocutione

Ab elocutione Ideam Romani Oratoris forma:
re exordior, prius exteriora eius lineamenta du:
cturus, quam interiorem eius cultum describam. Fu:
turum id è re vestra existimo, si nimirum antè
ornatè loqui vos instituam, quàm invenire et di:
sponere. Hoc enim plus ingenii et iudicii requirit
illud plus artis et industriæ possidet, quod postre:
mum cum Professoris manuductionem potissimum
requirat. Sit iam.

CAPUT. I.
De inciso commate & membro oratorio

Non agam hic quid sit comma, seu incisum colon
seu membrum, satis enim hæc tractat Rhetorica
Soarij. Neq hic de distinctione inter comma et
colon disputabo, partim quòd res minus utilis vi:
deatur, partim quòd hac de re iam tractaverit
Rhetorica Patris Lauxmin, ad quem remitto avi:
dum lectionis discipulum. Propositum meum dun:
taxat est faciles vobis modos suggerere, com:
ma seu colon oratoriè exornandi. Pro quo sit.

QVÆSTIO. I

Qm̃do Oratorium Colon seu membrũ ornate sit efferendum

Ferax artis hæc materia est, innumeris pœne modis abundans; ego selectiores, atque faciliores afferam.

Primus modus exornandi Oratorium colon est. Quando substantiuo illi, quod in subiecta materia reperitur, alterum addas substantiuum, rei de qua agis accommodum: v.g. vis excolere hoc comma: Versatus est egregiè in omnibus artibus liberalibus: addes hoc v.g. alterum substantiuum: disciplina et ornatus sic efferes dictum membrum: In omni artium liberalium disciplina egregiè est versatus.

Vis exornare hoc comma. Tam magnus hospes excedit omnem eloquentiam. Adde substantiuo hospitis alterum, et substantiuo eloquentiæ similiter alterum hoc v.g. modo. Tanti magnitudo hospitis omnem eloquentiæ facundiam excedit.

Hospes

Ad hunc modum accedit ille non absimilis, quando adiectiuum mutatur in substantiuum, et in locum commutati adiectiui aliud substituitur. Ita exornaturus hoc membrum. Siccinè ad angustum athenæum tua se dimisit humanitas. V

bi

bi vides epitheton angustum in substantiuum an-
gustias commutatum, et aliud substantiuum in
adiectiuum humiles. v.g: Siccine ad humiles Athe:
næi nostri angustias, tua se demisit humanitas.
Similia exempla sunt hæc: Magna dignitatis Dignitas
tuæ est amplitudo, pro Ampla est dignitas tua.
Impar est ditionis meæ inopia copiosissimis virtutu Virtus
tuarum laudibus. pro: Inops est mea ditio ad vir:
tutes tuas laudandas.

Ad hunc etiam spectat modum. Ille. Dum ver:
bum commutatur in substantiuum, et huic adiecti:
uum apponitur. Vt si hoc membrum (laudatur ab
eruditione) exornes ita. Omnis eruditionis ge: Eruditus.
nere egregiam laudem est consecutus. Et hoc: Ve:
nisti ad Palæstram nostram literariam: tali modo
exornes: Auspicato aduentu tuo literariam nostram
exornâsti palæstram.

Secundus modus orationis membra ex:
colendi, per negationes et opposita, qui modus
orationibus non modo venustam, sed etiam amplam
parit dictionem. v.g. Si velis efferre per oppositum
hoc colon, est diligens ita excoles. Est ignauiæ con: Diligens
temptor otii, desidis osor ingenii. Otium enim et igna: & opposita
uia et deses ingenium sunt opposita diligentiæ. Si:
militer per negationes hoc v.g. colon efferes. Est vir Doctus
doctus. Nullius non scitator scientiæ, non expers lite:
rarum. Per opposita vt oratorie excolas comma,
necesse est vt rei de qua dicis opposita, seu con:
traria inuenias, tum inuenta dicendo reijcias.

x

V.g: excultums hoc comma. Amavit virtutem: in:
Virtq per Contraria daga quæ virtuti sunt contraria et occurrent non
pauca e.g. Vitium, vitiiq species, Superbia, ira, lu:
xuria etc: et affectus indomiti etc: ex multis pau:
ca in rem tuam poteris convertere V.S. Insatiabili
odio vitiorum monstra insectabat: vel: Non alto
superbiæ spiritu tumebat, non deiumanis iracun:
diæ fluctibus rapiebatur, non deniq licentiosâ
diffluebat voluptate. vel ita. Inordinatos affe:
ctus tanquam virtuti contrarios assumendo. Non
coeco affectuum Imperio superabatur, non ad effroe:
nes desideriorum procellas se fingebat, non duræ
libidinum servituti se mancipabat.

ADVERTE. Modum hunc non tantu
membris oratoriis ornandis servire, sed etiam pe:
riodis formandis iisq longioribus accommodum esse.
Si enim plura contraria periodice et ad numeros
oratorios recensueris, excrescet in absolutam
periodum dictio. Sed de methodo periodos exornan:
di Cap: IIdo agemq.

Tertius Modus colon oratoriè efferendi est
dum singulare aliquod substantivum, quod rem [illegible]u:
larem significat, per alterum generale amp[illegible]
amplificatur Ut si τῶ Eloquentia quod est nomen singu:
lare, quia rem certam significat, commutes per sy fa:
Eloqntia cultas vel disciplina vel eruditio, vel scientia, vel
ars quæ nomina sunt generalia, dicendo v.g. Facul:
tas diserte loquendi, vel eloquentia disciplina fa:
cundiæ, vel eloquentia ars dicendi cultissima vel

eloquen:

eloquentia omnis eruditionis Parens. Potest etiam vice versâ substantiuum generale commutari per singulare cum pro scholis Athenarum vsurpas, vel ipsas Athenas in quibus celeberrimæ Græcorum scholæ olim florebant. Itaq cultius diceres. Magnum te Athenis nostris Sospitem salutamus. quàm, magnum te in scholis Sospitem salutamus. Cultius etiam dices Regina volucrum Aquila, quàm, Suprema volucrum aquila. Sic pro Oratore Facundissimo potes dicere Pericles Facundissimus, Demosthenes disertissimus. Sic pro Nobilissimo natus Patre: ornatius dices: Nobilissimâ natus prosapiâ. Illustrissimâ domo natus, clarissimis natalibus ortus. Orator Natales

Quartus modus colon oratorium exornandi est per particulas. Fit hoc dum tales vsurpamus particulas, quare altera alteri respondet. Subiicio eiusmodi particulas aliquot earumq praxes.

Ita Vt, Tam, Vt, æque ac, Tam Quam, Perinde, Adeo vt, tamen, Minus, quam, perinde vt, iuxta, atqs,

PRAXIS

Hoc .. comma. Vir militaris: excolendi per recensitas particulas. Miles

Prima Ita Martium illud pectus rei militaris gloriâ rapiebatur, vt in summa vitæ discrimina intrepide sese conijceret

Altera Tam infracto animo belli pericula terroresq adibat, vt paucos suæ fortitudinis censeret comites, qui præcederet neminem.

XIIta Atq; prompto hostium telis sese immi-scebat, ac ignaui pedibus sub solent consulere saluti.

XVta Rarus vnquam tam constanti fortitudine longa bellorum incommoda exantlauit, quàm hic hemini Herorum secundus.

Vta Adeò similem sui semper ferebat animum in adeundis belli periculis ijdemq; sustinendis, vt nunquam expalluisset Mauritius ille vultus etiam ad mortis ipsius conspectum sit visus.

VIta. Perinde ipsi belli calamitates, insomnes noctes, diurnæ vigiliæ dulces fuerunt, ac ignauis pacis otia solent esse voluptati.

VIIma Non minus consilio quam ferro promptus fuit.

VIIIua Vir iuxta certandi felicitate, atq; prospiciendi prudentiâ admirandus.

IXna Tanto hostes impetu aggrediebatur, quanto irati ssimi solent consurgere Leones.

QVÆSTIO. II.

An membra Oratoria excoli possunt facta translatione ab humanis sensib; actionib; reb; antiquitate fabulis &c.

Non vulgaris hic modus est, exornandi colon, quem etiam non raro diligens autorum lector observabis, si sedulò nec obiter ea quæ legeris observabis, et unde hic cultus quem passim in dictione deprehendes promanârit. Ut præcepto praxis respondeat, ito hoc membrum excolendum. Est virtute præditus virtuosus

A Visu: Ita posset excoli. Omnem honesti recti rationem perspectam habet atque exploratam.

Ab Auditu Nihil nisi honestis castisque auribus dignum loquitur.

Ab Olfactu Ubicunque locorum degit, quidquid rerum agit, semper fragrantes florum virtutis odores redolet.

A Gustu Omnem sapit honestatem, quidquid in illo videre est.

A Tactu Summa virtutis fastigia attigit, vel: omnem virtutem, animo est complexus. Avarus.

Ab iisdem sensibus hoc v.g. colon. Est avarus ita posses excolere.

Ab Auditu Nulla eius auribus vox gratior accidit, quam fulvi, candidique sonitus metalli.

A Visu Oculatas ubique manus gerit, in opum nummorumque lucra intentas.

Ab Olfactu. Adeò sagax est in eo inge:

x

nium, ad inuestigandas opes, vt odorando assequi videatur, sicuti vestigium auri delitescit.

A Gustu. Ita sacra auri fames, eius palato insedit, vt honestum omne ei desipiat solis sapiant diuitiis.

A Tactu. Coeli verticem prendere videtur sibi, dum aureum nummum manu potest, versare.

Similis modus est comma excolendi, ab inanimis, antiquitate etc: Vt sua doctrinis praxis respondeat assumo hoc v.g. comma. Est Magnus Orator.

Orator Ab animantibus ita potest exornari. Est Platonum Phoenix, Attica est apis, quis omnem eloquentis florem et succum combibit.

Ab inanimis. Omnis in ipso floret eruditio vel Fons quidam eloquentis est.

Ab antiquitate. Omnem in scientiarum palestrâ palmam tulit. vel Omnis eruditionis metam attigit. vel Omnium suffragiis antecellit ceteris facundiâ. vel Ita omni exaltus est eruditione, vt eum alcides hieram Athenis eduxâsse videantur.

A Fabulis. Minerua illum atq Apolline natum crederes ita valet eloquentia. vel. Quot sententias tot aureas catenas ~~nouus~~ hic effundit Hercules.

Ab exemplis. Ciceronis in illo efflorescit oratio, vel Tullianas eloquentis opes possidet vel. Alter est Demosthenes vel Nestoris eloquentia pollet.

Subiicio alteram praxim dato praecepto, et sit hoc v.g. exornandum comma. Est deditus voluptatibus.

Ab antiqui:

voluptatis deditq.

A Antiquitate. Sardanapalus alter foret, si tantis affueret opibus, quantis diffluit voluptatibus. Adeo totam vitam libidini consecravit, ut Epicuri secula reducere velle videatur vel. Ita animum delicijs enervavit, ut pestem illam virtutum Epicurum moribus vitaq referat.

A Fabulis Turpe Veneris est Mancipium: Insano Cupidinis aestu flagrat. Tanto turpis flammae incendio correptus est, ut a vesanis illis telis omnem virtutem eius animo excussam credant.

QVÆSTIO III.

Quomodo brevia Commata facile possunt exornari

Hactenus egimus de modis longiora commata exornandi, qui etiam non raro ipsis periodis conficiendis deserviunt; iam faciliores quasdam methodos subministrabo quae pro brevibus commatis oratorie exornandis sine magno labore valebunt. Prima Methodus est per Adiectionem Adverbiorum, ut si verbo quod in commate reperitur, vel etiam adiectivo apponas aptum adverbium, quo magis explicatur sensus, seu significatio verbi aut adiectivi.

Secunda Methodus per appositionem adiectivorum, si nimirum substantivo, quod in commate occurrit, apponas aptum adiectivum

ad declarandum sensum seu significanionem sub:stantivi

Tertia Methodus est per temporum aut casuum commutationem.

Ita hoc v.g. Comma Est modestus Iuuenis, pos:ses excolere per prædictam methodum. Tanta in eo

modestq. per casg

morum grauitas relucet, vt parem suæ modestiæ habeat neminem. Quanta adolescens grauitatis, quàm serenæ frontis, quàm compositi vultus! Etiam mini:mis quibusq corporis ac vultus gestibus, maxima insidet morum grauitas. Quisquamne non admi:retur, et amet moderatissimos eius dicendi agendiq cultum. O modestia quantum tibi ab hoc modestis:simo Angelo ornamenti accessit.

Solutis ac inconcinnis moribus vt ne:cesse est, quisquis incredibili ornatum grauitate hunc Iuuenem non suspicit.

modestq p Tempora

Per tempora hic præfatum comma potest excoli. Reliquos facile coætaneos modestiæ laude vincit, ornatissimus hic moribus Adolescens. Tantum in eo studium frænandorum sensuum ducet, tanta componen:di corporis diligentia enitet, vt à nemine superetur. Eo grauissima eius morum maturitas progressa est, vt cæteros longo interuallo post se relegauerit. A nullo neq grauitate verborum pondere, neq optimorum eligan:tiâ morum est victus. Si ornatissima morum eius de:cora perpendo, ea sunt, quæ posteris magno æmulan:di incitamento sint futura. Eo semper loco culta

conuersationis eius polities erit, ut sera posterorum memoria æternis laudibus eam sit euectura. Æquate si potestis tantam in dicendo prudentiam, tantam in augendo grauitatem tantam in rebus omnibus moderationem. vel. Vide an non is sit Adolescens, qui graui sua morum suauitate reliquis coætaneis palmam eripit. Vtinam tantum modestiæ grauiterque agendi studium quantum in modestissimo hoc Iuuene miramur, honestâ æmulatione gloriæ plures imitentur. Ecquid est cur negemus absolutissimam sane modestiæ ideam omni contentione æmulandam nostrisque efformandam moribus. Hunc Iuuenem Angelicæ modestiæ æmulum esse, nemo nisi infensissimus morum hostis negabit.

Non parum etiam facit ad cultum Oratorii commatis nosse Ciceronianas particulas, quibus Romanæ facundiæ Parens, magnam dictioni suæ conciliauit elegantiam. Sunt autem hæ quas è Ciceronis orationibus excerpsi: Pro particula omnis ponit sæpe Cicero. Nemo non, haud vllus, qui non, quis non. Quidquid est hominum, quantum est, et si quid est. Pro aliquis, vero non nemo, non nullus.

Non minorem ornatum addis orationi, si comparatiuo et superlatiuo, ciceronianas particulas sciamus substituere: solet nimirum Cicero comparata variare, per particulas non tam, quam apprimè, in cæteris, vel etiam per verba superat

antecellit, vincit etc. Superlatiua vero solet variare, dicendo v.g. pro hoc commate. Demosthenes est eloquentissimus. Nihil est Demosthene eloquentius. vel per particulas comparantes, ut si in proposito sistas exemplo dicasque Vir si quisquam eloquens; Vir quo nemo eloquentior. Nemo perinde vir maxime eloquens. Per verba vero ita v.g: Eloquio caeteros vincit. Per nomina: Inaudita viri eloquentia etc: Et haec de Oratorio commatum cultu dixisse. Satis sit.

eloquens

CAPVT II
De Periodis

Absolutis primis eloquentiae rudimentis, periodos aggredimur. Vt enim ipsa facundiae fastigia ascendamus, necesse est gradus illos tenere, qui ad eius sublimitatem ducunt. Nemo certe se speret boni Oratoris nomina adepturum, qui prima eius elementa aut neglexerit aut contempserit. Hic nimirum est vel ipsius naturae ductus, non ante ad perfectionem peruenire, quàm prima suae perfectionis lineamenta ediderit. Ars igitur aemula naturae et eius perficiendae studiosa, non alio tramite eos, quos aliquando est perfectura ducit. Vt igitur naturae atque artis ductum sequamur. Sit. quaestio A

QVÆSTIO I.

Quomodo Periodus Oratoria formanda

Omissa definitione et divisione Oratoriæ periodi, quam abunde attulit in Arte Rhetorica Cyprianus Soarez et in praxi Oratoria P. Lauxmin, ad quos etiam studiosum lectionis remitto; breviter modum, artem, et praxim formandi periodos tradam. Et imprimis quidem suppono quadruplicem esse periodorum speciem, scilicet. Vnimembrium. Bimembrium, Trimembrium. et Quadrimembrium, quibus additur Pneumatica circumductio. Sunt quidem et aliæ plures species periodorum, sed brevitatis causa has præcipuas tractare sufficiet.

Modus igitur facilis periodum Oratoriam formandi est, per particulas Ciceroni usitatas. Quibus ille iam Bimembrem, iam Trimembrem iam Quadrimembrem format in suis Orationibus. Plures vero particulæ quibus Cicero utitur ad exornandas periodos, sunt tales, quæ includunt in se quandam conditionem, vel quæ aliquam redditionem petunt. Prioris generis sunt illæ particulæ. Si, postquam, cum, siquidem, quando quidem, et similes. Posterioris vero generis sunt istæ Ille,

Qui, tantum, Quantum, totiês, Quoties, ita, Ut etc: præterea verba Optativi, et Coniunctivi modi. Vellē facerent Susp. etc: Faciunt enim recensitæ particulæ talem inter commata connexionem, ut alterum sine altero intelligi nequeat, seclusis verò particulis singula verba perfectum efficiunt sensum.

PRAXES

Periodi bimembris per particulas conditionales.

Sit per bimembrem periodum efferenda sequens sententia. Virtus immortalem gloriam parit.

Virtus. I Si immortale nomen rerum præclarè gestarum famâ comparamus: enitendum magnis ausibus ad heroica virtutum facinora.

II Postquam nominis perennitatem celsæ virtutes sibi vendicârunt in præmium, nullus iam ignavis aditus patet ad gloriam.

III Cum magnæ mentes virtute celsisq. factis seram posteriorum memoriam mereantur, æterna temporum oblivione sepeliatur.

IV Siquidem æternatura Heroum monumenta ex præclaris eorundem ausibus eriguntur, tenebris cæcâq. sæculorum caligine iugebunt humi repentes animæ.

V Quandoquidem monumentum ære perennius exigunt imortales Heroum animæ angusto temporis spatio sua circumscribant nomina

desides oportet.

PRAXES

Periodi Bimembris.

Per Particulas quæ redditionum petunt.

Sit hæc v.g. sententia efferenda. Ductor etiā exercitûs debet esse lectione Historicorum erudi:tus. Dux

I Per particulas Ille qui.

Ille militares acies felici disponet ordine, qui è veterum monumentis bellicas Heroum artes se:dulâ didicit lectione.

II Per particulas Tantum Quantum

Tanto robore Martisq successu, dux acies instruet re:getq, quantam sui muneris notitiam ex veterum anna:libus sibi comparauerit.

III Per particulas Tam Quam.

Quam dubiam tēli aleam Imperatori faciunt grauissima bellorum discrimina, tam certam victoriæ spem pollicetur scientia militaris ex historicis comparata.

IV Per particulas Ita, Vt,

Ita illustrium militaria virorum facta, quæ ab Histo:riis consignata habemus, scitu sunt necessaria, vt bel:lorum notitia maxima bellorum momenta dependeat.

V Per particulas Toties Quoties

Toties in magno discrimine exercitus versatur, quoties

Ducem militaris scientiæ ignarum sequitur.

PRAXES

Trimembris Periodi.

Per Conditionales particulas.

Ima Per Si

Si non minus fortiter quam feliciter prælium cum hoste committere Imperator exoptat, in id ei summo studio incumbendum est, vt animum ante militari scientiâ, quam dextram ferro instituat.

II Per Postquam.

Postquam illustria veterum heroum gesta quis euoluerit apud Historiographos, tum demum futurum non vanâ spe sibi pollicere potest, vt victoriam ab Hostibus reportet.

III Per Cum.

Cum tot tamque varia bellandi sint stratagemmata, fieri nullo potest, vt notitiâ rei bellicæ priuatus, felicem in bellis successum consequatur.

IV Per Siquidem.

Siquidem militaris scientia non minorem requirit institutionem quam cæteræ liberarum artium disciplinæ ille mihi optimus belli Imperator futurus videtur, qui maximam rei bellicæ gerendæ cognitionem, ex veterum historiis sibi comparauerit.

PRAXES

Quadrimembris Periodi.

Per particulas partim Conditionales, partim redditiuas.

I Per particulam Conditionalem Si.

Si quantum fortitudinis Martia pectora requi=runt, tantum eruditionis ex lectissimis Heroum ge=stis militiæ imperator sibi compararet, ne ego fu=turum ausim dicere, ut semper felici euentu belli alea cadat.

II Per particulam Conditio: Quandoquidē

Quando quidem bellicæ artes ad exquisitissima stra=tagemmata hodie peruenerunt, ut secundam belli fortu=nam nonnisi callidissimus sibi polliceri audeat non vano omine prædixero eum ab hoste relatu=rum victoriam qui vniuersam bellandi artem a magistra didicit antiquitate

III Per particulam Conditionalem Cum

Cum plurima sint quæ ad boni Ducis dignitatem recte obeundam desiderantur, tum illud potissimum desiderari existimo, ut non minus literis, quam animi fortitudine sit præditus.

IV Per particulam Redditiuam Qui

Qui secundos bellorum successus non modo in virium robore sitos verum etiam in præclara dimicandi scien=tia positos existimat, ille mihi dignissimus videtur cui Respu: Ciuium salutem, et suorum incolumitatē militum committat.

V Per particulam Redditi: Quoties

Quoties superiorum temporum præclarissimos Duces

memoriâ repeto, atq quo animi robore qua Patriæ gloria gravissima bella confecerint considero, toties mihi in mentem venit boni Imperatoris munq non modo Martium sed etiam eruditum pectus sibi vendicare.

Per particulam Redditiuâ Quantum.

Tantum hodie valet ad bellorum negotia feliciter peragenda veterum Heroum notitia, tantumq solida bellandi scientia ex lectissimis veterum annalibus congesta ad boni Imperatoris officium requiritur, quantum armorum præsidia militantibus sunt necessaria, quantumq vallorum monumenta, arcium propugnacula, ad retundendos hostium insultus conferunt.

QVÆSTIO II.

Vtrum Periodus Oratoria poßit efici p figuras quæ fiunt adiectione.

Si quis modus ad periodos Oratorias concinnandas valet, is certè est figurarum recta notitia et vsus. Hoc adminiculo suas dicendi opes maximè ornavit, ipse Romanus Orator hoc præsidio quotquot hodie ad nomina præclari Oratoris aspirant vtantur est necesse. Vt igitur nostrè doctrinè conducta respondeant exempla. Sit hæc v.g. Sententia exornanda periodice Commoda Reipu: quærit.

PRAXES

Efformandi periodos per figuras quæ fiunt

adiectione.

Per Repetitionem.

I Iam à primis adolescentiæ annis omnem ad Reipub: commoda procuranda cogitationem omnem laborem, omnem industriam Dux Constantinus conuertit.

Amans Patriam

IIda Per Conuersionem.

per Figuras ducit

Desideratis Heroëm rarâ diligentiâ in Patriæ emolumento procurando versatum? versatus est Dux Constantinus. Amatis Principem ad Reipu: defensionem eximiâ facultate bellandi præditum? præditum Principem Constantinum aspicite. Vultis Martis Heroïs absolutissimam quandam in vno viro imaginem? talis est Dux Constantinus.

III Per Complexionem.

Quis est qui suo pectore Rempu: Polonam labefactatam defendit? Dux Constantinus. Quis est qui pestem illam Ciuibus libertatis Moscum cecidit? Dux Constantinus? Quis est qui validissimum Scytharum exercitum quinquaginta millibus maiorem fudit ac profligauit. Dux Constantinus.

IV Per Conduplicationem.

Ita dedit operam tuendæ Poloniæ Dux Constantinus, atque eam dedit operam vt in militari vigilantia parem neminem, in animi fortitudine non habeat superiorem.

V Per Conduplicationem

Reipu: commoda Caduerint diligentia Somi: nis) Reipu: inquit commoda ea sedulitate tracta: uit Dux Constantius, ut omnem in his positam felicitatem suam sit arbitratus

VI. Per Traductionem.

Ita boni publici studium complexus est, ut inter ea publicae utilitatis studia, nihil haberet iucundius studiis.

VII. Per Traductionem.

Immorari procurandis Reipu: commodis atque etiam immori voluit Constantinus

VIII. Per Aliam Traductionem.

Amare, semper communis emolumenti studii vis est, quamuis non nihil habeant amari.

IX. Per Gradationem

Insigni erga Rempu: amorem meruit meritis glo: riam, gloria immortalitatem comparauit.

X. Per Synonymiam.

Boni communis emolumenta summo studio co: gnouit apprehendit, possedit.

XI Per Polysindeton.

Et rebus bellicis et libertati conseruandae et le: gum integritati operam dedit.

QVÆSTIO III.

Utrum Periodus Oratoriè excoli possit per figuras quæ fiunt detractione

Non minus demendo, quam addendo potest periodus exornari. Nam quæ in uno genere deminuuntur, alio compensantur. Fit hoc 5. Modis potissimum.

Imus Est dum verbum aliquod satis ex cæteris intelligitur, et plura dissoluta dicuntur. IIdus Dum Coniunctiuæ particulæ omittuntur et plura dissolutè dicuntur.

3tius. Est In quo unum verbum tantum ponitur, ita tamen ut plura commata referantur ad illud.

4tus Est ut cum sint commata dissoluta collocentur ea ratione ut singulis singula correspondeant verba.

5tus est quando res duæ contrariæ vel diuersæ aliquo modo, secum nectuntur. Pro illustranda doctrina, ut v.g. hæc sententia. Doctus et virtutis amans Prælatus dignus Episcopatu.

I. PRAXIS P. I. MODUM

Doctus Prælatusque dignus Episcopatu.

Qui vocatur a Zoario Synecdoche.

Postquam humanarum Diuinarumque rerum scientiâ animum excolueris, tum demum sacri honores tibi sese offerre, tum Ecclesia:

stici Senatus Subsellia tuæ virtuti pandere, tum demum summa Antistitis et Senatoris fastigia tuis se substernere mentis.

1ma praxis per 1mũ modum

Cura, studium, vigiliæ, labor indefessus in omnigena literarum scientia comparanda, ad Sacros Antistitum fasces te euexerunt.

2da praxis p 1mũ mod

Non vano Auiti generis nomine, non emendicato gratiæ censu, non fauoris fortunæq suffragio, sed virtutis doctrinæq dignissimis calculis ad summa Præsuleæ dignitatis fastigia es euectus.

3tia praxis p 3tum modum

Te sacer Perillustrium Procerum Senatus, iam pridem sibi vendicauit, te Præsuleæ expectant Mitræ, te publica Patriæ officia expetunt, te summa Patrum Patriæ munera præstolantur, modo id vnum agas vt non minus pietati, quàm literis iuuentutem consecres.

4ta praxis per 4tum modum

Tu virtute tua literis coniuncta mereris vt non modo hæc quâ frueris dignitate tua sit, verum etiam eam ad quam nec dum euectus es, iam meritis tuis occupaueris.

quæstio 4

QVÆSTIO IIII

Vtrum figuræ quæ aliqua vocum similitudine fiunt Oratoriæ Periodo deseruiant formandæ

Sicut illæ figuræ quas superioribus duabus Quæstionibus tractauimus non leuem materiam Oratoriæ periodo suggerunt: itaque quæ vocum similitudine accidunt facilem et copiosam methodum ornamentis periodicis suppeditant. Sit hoc v.g. schema ad illustrandam praxios doctrinam. Desiderio sacræ cuiuspiam familiæ ingrediendæ tenetur. Religionem ingredi vult

I Per Antonominationem.

Laudatorem hunc non adulatorem existimes, quisquis illum sacræ familiæ studio teneri coram extulerit.

II Per Similiter Cadentia

Si quantum hominum inest desiderii, tantum et inesset facultatis, iam pridem religiosis tectis sese dedicasset.

III Per Comparationem.

Non otiosæ sed industriæ non ludendi non lugendi auidus cum sit merito religiosos lares expetit.

IV Per Comparationem

Non illi religiosæ vitæ studia per otium sunt nata, sed per virtutis et studiorum labores sunt comparata.

V Per Commutationem.

Pietate religionis desiderium, desiderio religionis pietatem enutriuit, Sor Numinis in stinctu, illam virtus ei contulit.

VI Per Correctione

Perpetuum est ipsi cum religiosis viris negotium imo otium dico, cum illud negotium sit suauissimum, ac quietis plenum, cura in qua minime est cura.

QVÆSTIO. VI

Quid de sententiarum figuris sentiendum an excolendis periodis sint usitatæ?

R. Maximum a sententiarum figuris accedere pondus et ornamentum orationi; Unde si quis methodus inseruit ornatus dictioni, hæ certe inseruiunt plurimum. Nam cum et re et affectu et dictione constent sententiarum figuræ, triplex quoque decus, ex iis orationi accedat est necesse. Ostendam doctrinæ veritatem subiectis aliquot praxibus. Sit pro Interrogatione Responsione, Ante occupatione, Dubitatione, Ficta inductione Personæ, Apostropha hæc exempli gratia periodus excolenda. ~~Impone~~ colit Dei Matrem Beatus Stanislaus ~~Kostka~~

B. Kostka

Ia: Praxis. Pro Interrogatione.

Quos ille precatorios libellos colendæ B. Virgini dedicatos non evoluit? quod non tractavit pietatis studium?? quis illi dies sine pietatis Marianæ linea, quæ nox sine vigiliis in honorem Magnæ Matris extracta est.

Ima Per Responsionem.

Quisquam ne est Clientum Bmæ Matris, qui sese in domandorum affectuum studio, et in frequentandis colendæ Virginis exercitiis. B. Stanislao conferre ausim. equidem neminem tantæ futurum arrogantiæ et temeritatis existimem. An forte Matusales minime vero.

II Per Anteoccupationem

Pietatem erga Augustissimam cælorum Reginæ quam opes temporariæ maluit B. Stanislaus Kostka. Quanquam opes præstantiores nullæ sunt quam pietas in Mariam et nulla Maior paupertas. quam quæ animorum est clausula.

III Per Dubitationem

Quam in Divo Stanislao Kostka iuvene mentissimo artes atq ingeniosam indolem honorandæ mortalium cælitumq Reginæ maxime admirer ac depredicem nescio. Illam ne in eius laudes disertæ loquendi cultamq scribendi facultatem? an in evolvendis piaculanbus libris indefessam diligentiam, an in devotis codicillis perlegendis assiduum studium? at in his omnibus plane is est B. Stanislaus Kostka quem admirari magis quam laudare possumq.

IV Per fictam Inductionem Personæ.

Si ipsam vocem haberet pietas si sincerum colendæ

Virginis studium loqueretur, ita solus verus sumus noster Angelus. S. Stanislaus Kostkam alloqueretur. ô sanctum coelitibus pectus! ô dilectam Magnae Matris sobolem, si e mortalium animis pulsa caritas in te solo meum figere domicilium.

V Per Prosopopoeiam

Si ipsa tecum pietas loqueretur, ore, oculis, voce ad eam quae valet suavitatem et gratiam compositis. Deliciae tuae magnae Matris, dilectum coelitibus pectus, in nova de eas vocem intimis libus sensibus exultares.

VI Per Apostropham.

Vos conscios diurni nocturnique penates sui appello, vos insomnes noctes, lacrimarum et orationum eius testes appello. Intra vos saepe hic terrestris Angelus ardentissima sui pectoris vota coelitibus litabat, intra vos magna illa animi desideria supplice, complice decussatis ante pectus manibus, pias inter siderum choros oculis explicabat. Intra vos uberrimi illi lacrymarum fontes e genis abunde defluentes terras humectabant, sed coelum magis ad mortalium scelera indignatum [illegible]emolie bant.

QVÆSTIO VI.

An eadem Methodus & Praxis sit de reliquis figuris sententiarum.

Non dispar modus est de aliis. Subiicio sua singulis praxim. Sit efferenda fide periodus.

S. Xaverij Sanctus Xaverius proximorum salutem

ardenter procurabat

PRAXIS Ima

Pro Hypotyposi.

Quis Apostolicos illius mentis ardentissima in proxi: morum salutem desideria explicet? nil ille aliud ore versabat, nisi mente volvebat aliud, nil oculis vul: tuq spirabat aliud quam fragrantia aeterna sa: lutis studia. Credite vos immensa terrarum spatia con: spicientem vastos maris Regnorumq sinus permeantem, laceris pedibus, male tecto corpore, fessis artibus, anhelo spiritu, saepius nutare, deficere, collabi, sed erecto sem: per inter ruinas animo ad immortalia mortalium e: molumenta.

PRAXIS IIda

Per Ethopoeiam.

Quoties mentem in magnum illum Orientis Aposto: lum converto toties videre mihi videor geminam prorsus illius sanctimoniae ideam, ita ille flagran: tissimis amoribus immensi orbis vastitatem e: mensus ut dum unus amplissimo orbis pectori non sufficeret, alter quaeri debuerit. Hinc illa virtu au: steritas spectabat, hinc flagellis diris cruentatum imbelle corpus hinc perpetuo studio domiti affe: ctuum sensus, hinc indefessa precandi consue: tudo hinc plurium dierum rigidissima inedia hinc denique ad summam modestiam concinna: tus morum cultus, ut quisque qui eum intue:

retur intelligere possit auitam illam duode:
num virorum integritatem Apostolicam in Xa:
uerio refloruisse.

PRAXIS TERTIA Pro Sustentatione.

Quid censetis Auditores Angelum illum orientis, Thaumaturgum Iaponiæ, in maximis illis barbarorum Regnis egisse? fortasse opum studio diuiti: arum amore auri argenti desiderio, in remotissimas illas plagas Xauerium penetrasse dicetis, fortasse cupiendi Principibus barbaris imperii æstu percitum Oceanum transiisse existimatis, aut forte calentes peregrino sydere populos, exteros hominum cultus spectare voluisse putabitis? minime vero. Sola, sola fuit, sincera animarum sitis eaq ardentissima, quæ Xauerium per tot viarum maeandros, tot itinerum flexus, tot perplexas terrarum ambages, ad quærendos mortales, astrisq inferendos impulerat.

QVARTA Pro Prætermissione.

Nolo hic recensere excelsas illas inuicti animi cogitationes quibus magnus vir altissima honorum culmina transcendebat, nolo commemorare magnos illos Apostolici pectoris ausus quibus ardua quæq superabat, nolo reuocare sublimem illam celsitudinem qua mortalium rerum fastigia proterens sibi sedem figere solebat, ubi sedes

nulla temp

nulla est terris exul in orbe peregrinus, solis coelitibus familiarissimus. Praetermitto illam coelitus ei datam linguarum omnium notitiam. Praetereo ad arbitrium eius diuinitus concessam miraculi patrandi facultatem. Hoc vnicum commemoro tantum eum flagrasse procurandae alienae salutis desiderio vt primaeuis Apostolis sit iure comparandus.

V Pro Licentia.

Videte Auditores quam non reformidet summa pericula Xauerius vt communem Orientis tueatur securitatem, quanta igitur potero voce contendam vt hoc orbis vniuersus audiat. Xauerius susceptis difficillimis itinerum negotiis, nulla vi coactus, nullo impulsus opum cupiditate, exantlatis innumeris laboribus, sudore, lassitudine, summis corporis infirmitate, confectus, hoc vnum infracto animo quaerebat, vt barbarae illae gentes feritate immanes, multitudine prope infinitae ad veram orthodoxae veritatis lucem peruenirent.

VI Pro Concessione.

Ite, sequamini aequo si potestis passu, volantem per terrae marisque tractus Xauerium, non graditur ille sed Diuini amoris instructus alis volat, in aerumnas per ferrum, per ignes nullis munitus armis nisi virtutibus, nullo cinctus praesidio nisi alienae curandae salutis zelo.

VII Pro Destributione.

VIII Pro Distributione.

Nihil excelso illi animo tum in aggrediendis, tum in conficiendis negotiis unquam deesse poterat virium. Si gravissimis daemonis peiurus abiiciendus erat apparebat fortissimus. Si cum fera barbarorum immanitate colluctandum erat, apparebat humanissimus Si diuturna viarum et laborum pericula fuerant exantlanda erat constantissimus, si diesnoctesq insomnes perpetuis precationibus pro proximorum salute extrahendi erant, gerebat se piissime.

IX Pro Permissione

Sed ego iam Auditores vobis quod aequissimum videatur ut constituatis permitto, poteratne quidquam invicto illi menti deesse quod ad aeterna caligantis Orientis emolumenta procuranda faceret, cum certe virium. Xauerius se semper gerebat, ut sive adversâ sorte premeretur, sive secundis Regum votis ac favore acciperetur, nunquam â recti tramite, â virtutis studio, â flagrantissimo aliorum salutis amore deflecteret. Dicite si quisquam dicere potest Xauerium aliquando ab ardentissimis illis Divini amoris flammis tepuisse aut in reducendis illis coecutientibus barbaris refrixisse.

X Pro Deprecatione

Te ego Vir Sancte per ardentissimos illos Apostolici

pectoris Ardus obsecror, quibus frigidas illas barbarorum mentes in Numinis amorem accendisti per dextram illam tuam Stygiae potestatis victricem errorum et caliginis triumphatricem appello obtestorque: ut quod Orienti Ardus tui amoris intulisti eosdem emolliendis sceleratorum animis abunde communices, et quam dextrae tuae fortitudinem expugnandis alieni furoribus adhibuisti, eandem tuendis nomini tuo devotis Clientibus extendas.

XI Pro Optatione.

Utinam Auditores tanta ingenii facultas mihi suppeteret, tanta dicendi vis adesset ut vastissimum illud Apostolici viri pectus quo utrumque orbem complectebat possem oratione mea explicare. Videretis profecto immensâ opus esse oratione neque verbis sed factis esse perorandum, ita enim salutem gentium barbarorum emolumenta totius orientis, commoda Orthodoxae legis dilatationem Christiani nominis propagatione, ubique maximam Dei Optimi Maximi Numinis gloriam sitiebat, ut dum cum extremis confligeret vitae periculis, cum gravissimis colluctaretur calamitatibus amplius Domine amplius identidem ingeminabat. Dum vero coelestibus delicijs castissimus ille animus delibutus foveretur, satis Domine satis est. amplius / Satis

XII Per Exclamationem.

O Heroem vetustis illis Romanorum Graecorumque Ducibus tanto fortiorem quanto meliorem. Illi (quos superstitiosae antiquitatis vana ambitio fuit) pro Idolo:

rum cultu, et Numinum fabulosorum honore vitam
sanguinemq. profundebant. Hic pro Dei Optimi Ma:
ximi Numinis gloria propaganda sexcentas si ha:
buisset profudisset vitas. O immortali posterorum
memoria et totius aeternitatis trophaeis dignissimum
Apostolum qui etsi barbarorum ferro non occubu:
it, perpetua tamen divini amoris laniena quae
ad maxima pericula illum extimulabat suavissime
est confectus.

CAPUT III.

De Amplificationibus

Isocrates celebris Graecorum Orator interrogatus aliquando quid esset Rhetorica. Est ars qua ex par:vis magna, ex magnis parva fieri possunt. Per am:plificationem potius quam Rhetoricam Siculus sophista scripsit, melius orator Romanus dixit. Amplificatio est gravior quaedam affirmatio quae motu animorum conciliat fidem. In docendo gra:vissima est haec pars Rhetoricae teste Fabio in qua omnis vis dicendi consistit. Unde vero et qui:bus modis comparari possit sequentibus agemus Quaestionibus.

QVAESTIO. I.

1. Quinam sint modi amplificationis Oratoriæ

Imprimis deserviunt oratoris amplificationi figuræ. Non modo enim se orationem orationem implent sed etiam longiorem efficiunt dictionem prout superioribus Quæstionibus tractavimus.

Præter figuras sunt et alii modi nimirum Incrementum, Comparatio, Ratiocinatio, Congeries.

Loci vero communes Rhetorici maxime Definitio Partium distributio. Similia, Dissimilia, Comparata, Causæ, Effecta, uberem materiam suppeditant amplificationi oratoris de singulis breviter agemus.

QVÆSTIO II.

Quando per congeriem amplificatio instituenda

Duplex est congeries verborum, et sententiarum. Congeries verborum fit conglobatione synonymorum. Ut Verres totam Siciliam depopulatus esse dicitur, Siculorum Civitates vastitate implevisse, domos exinanivisse, fana spoliasse. Congeries sententiarum est quando plures eiusdem significationis sententiæ conglobantur.

PRAXIS

Amplificaturus v.g. hanc sententiam. Pseudo-Politicis non est fidendum licet affabilitatem prae se ferant. Ita posset dici. Quam frequenti di-scimus experimento fucatam duntaxat esse be-nevolentiam, personatam humanitatem, palliatam amicitiam quam homines Pseudo-politici, aulicis im-buti fraudibus hodie ostentant. Ne crede quisquis eius-modi hominum consuetudine teneris, ne crede linguae verborum blanditiis, mellitis promissionibus, riden-tibus oculis, serenato ad suavissimos obtutus vultui in mille maeandros ac flexus variabili Protheo. Alia facies animi interior est, affectuum alia effigies, alius cogitationum de te sensus intimus. Verbis sexcenta pollicetur obsequia, sed re ve-ra tui damna utique persequitur, oculos blande ren-dentes in tua optimum defigit, sed latet in pecto-re pestilens tui nominis virus. Horum cultum ad omnem comitatem instruit, sed mille technas, mille insidias tuae saluti, fortunae, gloriae, meditatur, omni-a denique fucis, fraudibus sunt plena, et genuinae sinceritatis coloribus sunt depicta.

Multum ornamenti producto amplificationis mo-do accedit, si loco verborum propriorum utamur Metaphoricis. Amplificaturus v.g. hanc sententiam Si in consessu civium Patriae cum laude velis dicere sententiam. Rhetoricae est studendum.

Ita posset efformari.

PRAXIS

Studendum est

Si magna illa Patrum Patriæ subsellia cogitas, si venerandum illud Procerum Regni consessum ambis, si te genius et indoles ad illam victricem animorum eloquentiam exstimulat: iam continuis insudandum est lucubrationibus, iam libris inspat: lescendum, iam in his Palladis castris ponenda foren: sis illius pugnæ rudimenta, iam discendum quo: modo adversarii spicula retorquenda quomodo contrariis rationibus clypeus opponendus, quomodo mu: nimenta causarum convellenda, quomodo ubique pro Patriæ salute, pro Reipu: et legum authoritatis in: tegritate eloquentia duce triumphandum.

QUÆSTIO III.

Quomodo per definitiones accu: mulatas oratio amplificanda

Rhetorica definitio est quælibet rei explicatio vel per ipsius naturam, vel per partes vel per causas vel per effecta vel officia et adiuncta: prout in explica: tione scholastica satis fusè clareque diximus. Advertendum vero est oratoriam hanc explicati: onem duplici modo fieri, altero per voces pro:

pnas, altero per translatas. Prior communis et usitatus est, alter illustrior et ingeniosior.

PRAXIS

Amplificationis â definitione seu causas sit exemplum hoc B. Virgo est Orbis universi Dnã.

B. Virgo est causas

Ego DEI Parentem Bmã Virginem MARIAM coeli terraeq Augustissimam Imperatricem non appellem, non Orbis Principem, non Angelorum Reginam, quã ex celsissimarum virtutum ac gratiarum omnium pulchritudine conflatam excitavit Thaumaturga, concepit rerum omnium Dextra divina, amorum omnium et animorum amor beatissimus educavit virtutis alumnam, viriumq Patris Omnipotentia, auxit liberalissimum donorum omnium Pelagus Dei munificentia confirmavit infractum brachii Divini robur, coelestium deliciarum Ambrosia pavit, hereditarium dominandi ius florere fecit, in legum Orthodoxarum integritatem, in religionum sanctimoniam stabiliendas, regum sceptra moderandi in pacis ac salutis publicae incolumitatem. Quã igitur orbis Dnã si MARIA non est Orbis universi maxima Imperatrix.

PRAXIS

Amplificationis a definitione per partes.
Sit hoc vg. schema. B. Virgo est castrorum acies ordinata.

Quid dicam de MARIANI nominis Maiestate cuius memoria stygiae expauescunt Phalanges cuius castra Magnus exercituum Imperator, adeo ambiuit, vt et insignibus sua decoraret nomina; denoueret Prophetia, inscriberet Triumphos quam duo dimicantem certamine, contra Stygias cohortes Angelicos vicerunt copiis, Auxiliantibus fouerunt suppetiis, et triumphantem bis senâ coelestium gemmarum corona, ornârunt. Cuius victricia signa secutae religiosarum mentium turmae, ita triumphalibus eius insistere vestigiis, vt alii capitis integritatem pro intemeratae Virginis dignitate exponerent, alii linguam vice clypei obicerent, alii spiculorum aculeis ceu telis contra inuiolatae Mariae hostes vterentur, alii ardentibus flammis incendia Cyprii Martis extinguerent. Dicam et in tremendus de Mariana castrorum acie, dicam, neminem sub Virgineis militare signis qui palmam non retulisset victoriam de Venereis turpis Bellonae insultibus.

PRAXIS

Amplificationis a Definitione per Effecta.

Sit supra dictum exemplum de Mariana Virginea Mente.

Omnia sua constant origine, nihil natura in lucem edidit, quod anticipato non praeparasset molimine. Ut igitur universa vegetum, herbarum arborumque Cespitum suos partus debent exordio: ita Marianarum Mentium causa, Virgineae cogitationis Heroes, intemerati pectoris Angelos uni Mariae Reginam Deum debemus in acceptis. Immolatas pro amore immaculatae pudicitiae tot castissimas victimas audimus, consecratas religiosis asceteriis pudicissimas mentes intelligimus: uni Virgini Virginum referamus Virgineas mentes.

PRAXIS

A Definitione Amplificationis per Accidentia.

Per Accidentia Rhetorica intelligo circumstantias rei illo vulgari versu expressas.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Alii haec accidentia Rhetorica appellant qualitates, attributa alii, alii etiam descriptiones rei

a loco, tempore, situ, statu, vestitu, officio, digni:
tate etc: in quibus omnibus non rei sed nomi:
nis est diversitas. Nam unanimis omnium sen:
tentia est, rem magis manifestam amplifica:
riq dictione per Enumerata seu Accidentia.
seu attributa, seu qualitates. E.G. Sit supra:
nominatum Schema amplificandum per accidem:
tia. Quoniam vero superiq monui, magnam
elegantiam amplificationi accedere, quando
ea fit allegoricis seu Tropicis verbis. Ideo prae:
fatum Schema allegorice hic tractabimq.

O admirandum omnipotentis dextrae facinq! | B. Virgo
o coeli terraeq prodigium, ab orbe condito inauditum, | ⸫ Adjun
ô miraculorum omnium abyssq dignissima, depin: | cta
gere ne vis animo sacratissimum Virginis Matris
miraculum! concipere non possum nec ausim.
Ita omnem conditi ingenii facultatem perstrin:
git Divina quaedam Mariae Majestas. Sed tamen
colores, cedo umbras quasdam non ut germanas ejq
animi effigiem exprimas sed ut incomprehensi
effigiei pulchritudinem tibi quopiam adumbres
delineamento. Si quid pulchri amoeniq unquam
protulit venusta florum genitrix tellq, si quos
laetissimos forms, suavissimi odoris sartus orbis
edidit, si quos oculorum amoena spectacula, veris
gratias, lumantia sortorum sidera ullo unquam

tempore genuit. totum hoc in MARIA ceu in
formosissimo naturæ gratiæq. flore Divina
congessit munificentia.

Si quid lucidis stellatum illud cœlum lucentium gem:
marum regnum habet, si quid Maiestatis ipse
syderum Imperator sol ostentat, si quid amœnita:
tis in amplissimo illo coelestium civium thea:
tro spectat, totum hoc perfectiore modo in MA:
RIA collegit artifex coelorum dextra. Si quid
sanctimoniæ per humanas coelestesq mentes
Divina liberalitas sparsit, si quid specialium
donorum, si quid munerum universo coeli ter:
ræq ambitu conclusit, si quid celsi, magnifici,
augusti Divinæ opes possident, totum id ornandæ
MARIÆ Deus impendit. Aspice si tamen
augustam illam Divini fulgoris maiestatem
aspicere potes, aspice inquam vel conniventibus
oculis sparsam per universæ pulchritudinis di:
gnitatem. Vide ut amœnis annuat oculis, suppli:
ci mortalium generi, ut frontem contrahat iis nostris
adversantibus, ut serena gestientis vultus argumen:
ta explicet, si secunda lætemur sorte; ut lachryma:
rum nubes cieat ad mortalium ruinam, regnorum ex:
cidium, vel christianæ calamitatem. Tota ad no:
stram sortem facta est. arridet lætantibus, condolet
gementibus, excandescit pia iracundia contra suorum

chientum sortes, expallescit dum aduersis premimur, unus tamen semper cordi sedet affectus in omnibus miseratio.

PRAXIS

Amplificationis à definitione per similia.

Modus amplificandi a definitione per similia valde aptus est ad vulgi animos occupandos et vincendos. Nam si qua arte hac certe rudes animi, non modo veritatem edocentur, sed etiam ardentes veritatis amore accenduntur. Plurimum semper valuit apud bonos Oratores usus similium et plurimum boni quoque prostitit in audientium animis. Cum enim bene propositam in se est intelligere, et mentis intuitu acie penetrare nequeant, dici non potest, quàm efficax et praesens remedium sit illis proposita aenigmata per similitudinis speciem obiicere. Sit praxis in superiori materia.

Quae dignitas in dominantium vultu! quae Maiestas in astrorum soliis! quae pulchritudo in coelorum arcano! quae puritas in venustissimis coeli spiritibus! si augusta, Regia, venusta, pura non est MARIA. Quod universi orbis commune asylum a quo nec aeris eiusmodi reus repulsam timeant, si in MARIA non est praesentissima nostrum omnium salus! B. Virgo definita per similia

stane si supplex oras: exaudit. Si morantem ue: citus sollicites: flectitur. Si tergiuersantem la: chrymis lacessis. Illa munificenti Numinis mise: rationis praecordia aperit. Haec non modo dolo: ce miserorum tangitur, sed ipsa miserationum vi: scera, ampliss. Virgo Mariae misericordiae nomina occupauit. Haec in sinu diuinae clementiae educa: ta, Haec inter brachia omnipotentis bonitatis gestata, Haec ambrosia coelestis suauitatis enutrita, nil a: liud ore spirat, nil aliud prae se fert vultu, nil ali: ud animo meditatur, nisi prompstissima misericor: dis afflictis auxilia.

PRAXIS

Amplificationis a Definitione per Negationem.

Memini me superius tractasse de negationibus, cum agerem de exornandis commatis: vbi simul docui vberem proficisci materiam a negationibus non modo pro commatis excolendis, sed etiam periodis fusiore dictione explicandis. Hoc igitur in praesens duntaxat addo: latissimum esse modum et per: facilem amplificationis a negatione. Cum enim de qualibet re omnia alia negari possint, quae ipsa non est, Haec vero sint innumera fit, vt immensam prope dictionis segetem campus hic pariat, nisi Oratoris prudentia immoderatam fertilitatem coërceat.

Pro more nostro sit oratio de supradicta Materia.

B. virgo à defec… per Kgs

Quid ego Augustissimam DEI Parentem, miraculum appellem? quæ non unum est sed multiplex, non prodigium sed prodigiorum abyssus, non generis modo mortalis, sed Angelicæ prosapiæ nobilissimum sydus. At Homo est, mortalis est, humanis orta natalibus inquis. Fateor equidem communis ortus stemmata in Virgine reperiri, sed mortalium una illa est in contaminata, sublimitudo humanæ stirpis illa una est dominatrix regina. Non in ea discordes affectuum litia efferbuere, non rationi rebelles pugnauere motus, non subtilissimæ mentis aciem cæca offudit caligo, non animi libera imperia seruiles subegerunt vis, aut effrenes vicerunt cupiditates, aut ambitiosæ edomuerunt cogitationes, aut denique tempestas quædam turbulenti affectus agitauit. Fuit illa non diffiteor corpore mortalis sorte communi condita: sed animo supra mortales omnes fuit euecta, virtute Numini fuit proxima, sanctimonia coelitibus superior, gratiarum omnium complexione coelo terrisque admiranda. Quisnam ergo mortalium charus Deo existat si Maria Deo est odio, quis vituperium poterit si Maria nduis scatet. quis Christo est dilectus si Ma:

ter Christi a Christo non diligitur

QVÆSTIO I.V.

Quomodo amplificatio instituenda a congerie partium, causarum, effectuum, contrariorum, similium, cæterorumque locorum qui Oratoribus sunt usitati

Par ratio est de recensitis locis Rhetoricis quæ de definitione superius tractata. Sed quia breve temporis spatium latas amplasque praxium methodos non permittit, paucas duntaxat quantum angustia præfiniti temporis patitur subiiciemus.

Modus igitur a congerie partium exornandi Imus est quando aliquod totum in suas partes dividitur, divisaque per aliquam figuram seu verborum seu sententiarum tractantur.

Modus II. Quando totum quidpiam ita in suas partes dividitur ut singulæ per diversas figuras tractentur.

Modus III. Dictionem amplificandi a congerie partium quando singulæ partes totius modo per diversas figuras exornantur, sed etiam

singulis

singulis partibus sua subnectitur ratio, et confirmatio, sive ea ab aliqua Eruditione petatur, sive ex loco Rhetorico intrinseco assumatur.

PRAXIS

Amplificationis à Congerie partium iuxta primum modum.

Sit materia amplificationis in qua hostem quempiam qui Regnum Poloniae devastavit describas.

Hostis vastat Poloniam per partium congeriem

Novimus proh dolor novimus immanem tuam in Patriam nostram crudelitatem. Non satis erat universam Rempu: a te quasi fatali ictu peti nisi singulas Regni Provincias, aut ferro aut flammis aut civili tempestate in extremum vocares discrimen. Maiorem Poloniam potissimam Regni partem, antiquissimam Lechicorum Principum sedem, caput Poloni orbis non modò civilibus armis vexâsti, sed etiam partim perpetuis agrorum depopulationibus, partim Nobilium aularum invasionibus, partim pecuniarum exactionibus ad extremam fortunam redegisti. Minorem vero dignitate et divitiis non tantum secundam, sed etiam parem Maiori e libidine tumultuantis ingenii tui moderaris a: ...tes libertatis ipsa cum pristina felicitati ...

restituere iactas opprimis et novo mancipas ser:
vituti. Amplissimas Magni Ducatus Lithua:
nie Provincias, cum omnes consiliis tuis obse:
quentes, atq ad immanis Imperii tui nutus in:
gere nequeas distrahere saltem civilibus discor:
diis et tumultu bellico distendere conaris.
Quid dicam de Russia, Prussia, Masovia caete:
risq regni totius Provinciis? cum quidquid in
mentes venit dicere lachrymis potius quam
verbis eloqui oporteat. Gemit nobilissima illa
et doctis olim felicissima Russia utraq et tu:
as incusat factionum Machinas, quibus omnes
ordines, summos imosq Reipu: status subverti:
sti. Plorat exhausta populis et opibus Ma:
sovia neq se pristinis rebus restitui posse que:
ritur tuo obnitente consilio. Prussiam si interr:
roges, quae tanta suarum calamitatum sit ma:
teries, quo dominarum seges? quo reprobus et repu:
diato apud exteras nationes belluae causa te
te malorum omnium caput, civitatum ruinae, ae:
rarii publici voraginem, fortunarum omnium
naufragium proclamabunt.
Quartorum est in hac praeteream seium:
dum modum esse melius. Singulo enim par:
tes ita tractantur ut nulli suum desit orna
mentum aut ab aliqua figura petitum aut
definitionib

definitionibus conglobatis aut aliunde.
QVÆRES quomodo a congerie causarum amplificatio tractanda.
R. Duplicem esse modum. 1mus est quando eiusdem generis plures causæ afferuntur. v.g. Efficientes aut finales, eæq. exornantur per aliquam figuram illo modo quo docui amplificationem â congerie partium tractandam. 2dus Modus est quando diversi generis plures causæ congeruntur eæq. vel vna vel diversis figuris exornantur.
QVÆRES. 2do quomodo amplificatio â congerie effectuum contrariorum et similium sic tractantur.
R. Non esse disparem modum a Superioribus. Hoc duntaxat addo de similibus, quod si plura tractentur singula ita tractari possunt vt semper illis semper subiungatur Apodosis.

PRAXIS

Sit exemplum pro Amplificatione a pluribus similibus quib. v.g. in laudem alicuius Herois afferantur. — Laus Herois â Similibus

Magna sanè sunt laudum encomia quibus exaggerato virtutis gloriam Dni N.N. celebrauimus, sed multo minora sunt, quam vt eius animi amplitudinem adæquent. Quidquid enim vastissimus sive maximarum rerum ambitus continet, etsi et numero sibi poenè infinitum et dignitate longè excellentissimum et varietate copiosissimum, inferius est celsissimi Summi viri

virtutibus et longe impar generosissimis eius factis. Nam pulcherrimo rerum omnium ornamento, coelestic: culo, vniversi totius Principi eum comparent? dignissimus sane est, qui inter collucentia illa coeli sydera transferatur et ex alto orbem sunc virtute sua collustret. Quemadmodum enim longe lateque ardentis ille minorum ignium oculus orbem Solis lumine suo serenat, ita Illmus Sic magnarum virtutum Heros, non modò Patriæ stellas rectè factorum luce impleuit, sed etiam exteras nationes nominis sui gloriâ collustrat. De Martiis verò eius ausibus quid dicam? de impauido ad omnia pericula pectore quid loquar? magnanimis eum Leonibus conferam? Maior fuit invicta animi eius fortitudo quam vt Imperatori animantium Leoni compararetur. Hic enim etsi intrepidus minas omnes despiciat, magis tamen innatâ feritate, quam generoso robore hostilis superat insultus? noster autem de quo agimus fortissimus Hercules, ita belli minas mortis pericula hostium fulmina impauido calcauit ausu vt hostes quidem Patriæ terrore impleret, Reipu: autem ciues in sui amorem traheret. De infracta vero in exantlandis laboribus constantia, quid promerito satis dicere possum non habeo. Superauit immorbam ferri duritiem, chalybe fuit constantior, firmior fuit marmore, ipsa denique fortitudine fuit fortior, ipso Marte fuit bellicosior.

C.

QVÆSTIO. V.

Quomodo amplificatio tractanda ab incremento comparatione & ratiocinatione.

Nomine incrementi hic intelligo, nihil aliud quam cum ORATIO magis, magisque crescit, seu sententiarum pondere, seu dictionis vehementia, seu alia quapiam congerie similium, vel exemplorum, vel conglobatarum definitione.

Primus Modus est amplificandi Orationem ab incremento, quando per figuram gradationis dicta magis magisque augentur et crescunt.

Alius Modus est quando plures sententiæ ita congeruntur ut oratio non modo numero sententiarum crescat sed etiam pondere.

PRAXIS

Laudatur vir Literatus

Sic dicti amplificationis exemplum de viro litterato cui gubernacula Reipu: sunt commissa.

Recté Sapientum Princeps Seneca dixerat Anima Regni Vir est literatus, Tota nimirum sentiendi ratio, tota vivendi virtus quæ Regno inest a literato emanat pectore. Hic consiliorum perspicacia teste Tullio, hoc legum integritatem teste Quintiliano, hoc immunitatem ab extraneis hostibus testante Plinio, hoc civilium seditionum tranquillitatem ex teste eodem Oratore præstat. Vivunt

vegeta Regni totius membra. si clauum modere:
tur prudens Sapientia inquit Salustius. Officiorum
munia recte administrant si doceantur literis, sana
proveniunt consilia si rerum Annalium notitia
insinuat, denique publica emolumenta priuatis ante:
ferentes commodis, ab Erudito rerum publicarum
moderatore in Patriae amore conseruantur ad cel:
sa praeclaraque facinora excitantur, et quod olim
Atheniensium sapientissimus Solon dixisse fertur.
Viuunt omnia vbi a docta mente animatur Res:
publica.

TERTIVS Modus, quando singulae senten:
tiae suis rationibus expolliuntur, ita vt si plures i
classicis authoribus collectas habeas, quamuis con:
grua stabilias ratione. Aduertendum tamen est
certum esse, seruandum ordinem in sententiarum
citatione, nimirum vt grauiores in fine, minus
graues in medio, leuiores ab initio ponantur. Quan:
quam et illud fieri solet, vt initio ponderosa
quaepiam praefigatur sententia quae totius dictio:
nis sit basis quaepiam ac fundamentum.

QVAERES XMO Quis sit modus tractandi
amplificationem a Ratiocinatione R. optimum
modum huius amplificationis esse expressum a
Cicerone in Oratione in actione 2ma con:
tra Verrem.

Etenim sic ratiocinabant hi honestissimi homines inter se et mecum loquebant, aperte iam et perspicue nulla esse iudicia; qui reus pridie iam ipsum se condemnatum putabat, is postquam eius defensor est factus pridie absolutus; quid ergo quod tota Sicilia, quod omnes Siculi, omnes publicis privatisque literis Romae sunt: nihilne id valebit? nil invito Consule designato, quid Iudices? non crimina, non testes, non existimationem populi Romani sequentur? non omnia in unius potestate ac moderatione vertentur. Vere loquar Iudices, vehementer me haec res commovebat optimus enim quisque ita loquebatur: iste quidem tibi eripietur sed nos non tenebimus iudicia diutius, etenim quid poterit Verre absoluto a transferendis iudiciis recusare.

Secundus Prolog. Amplificationem instituendi a Ratiocinatione est, quando unum augetur ut aliud magis crescat. Sic Serenissimi nostri vg: Victoriam a Sueco relatam laudaturus. Primo deberes Sueci fortitudinem, robur, extollere tum multo Maiorem Regis fuisse fortitudinem declarare ut pote quo maior sit magis hostis virtus. Sic Ducem quempiam belli celebraturus prius hostiles acies a bellica fortitudine, copiarum numero

Laus Regis victoris.
a Ratiocinatione

et ordine extolleres, ut inde maior laus Ducis exurgat, qui eas acies superauit. Si Marty=rotimus piam inuictam patentiam laudaturus, prius Tyranni immanitatem describeres, ut inde Maior elucedat Martyris.

QVAERES 22do Quis modus est amplificationem ducendi a comparatione? R. Primus est quando diuersae res inter se comparantur. Sic Amplificaturus felicitatem tranquillae et a peccato immunis conscientiae, comparare eam debes cum praesentitate calamitate, turbatione, et continuis remorsibus conscientiae ob statum lethalis peccati a quo hic omnia mala oriuntur.

Comparata

SECUNDUS Modus est. quando fit comparatio a minori ad majus. Pulchrum huius rei exemplum habet Cyprianus Episcopus et Martyr. Quando peccatori suam erga DEUM. exprobrat inobedientiam qui ad nutus suos famulum sibi vult obedientem exhiberi.

Deo obediendum

PRAXIS

Si Herus delinquentem seruum punit, cur Deus de peccante homine supplicium non sumat. Quod ille sic amplificat.

Ipse de seruo tuo exigis supplicium, et hominem homo obedire compellit, et cum sit vobis eadem sors nascendi, conditio una moriendi, corporum materia consimilis, animarum ratio communis, aequali

ure et diri lege vel veniat in hunc modum ut de hoc mundo postmodum recedat, tamen nisi pro arbitrio tibi serviat, nisi ad voluntatis imperium pareat: imperiosus et nimius servitutis exactor flagellis verberas, fame, siti, nuditate, frequenter ferro et carcere affligis et enecas: et non agnoscis Dnum DEUM tuum ut sic exerceas ipse dominatus

Tertius Modus quando fit comparatio a maiori ad minus: huius amplificationis Exempla in explicatis Hierothi orationibus habetis.

Quartus Modus est â similitudine cuius singula puncta ita tractanda sunt, ut rei de qua agitur applicentur.

Miles laudat. & comparat.

PRAXIS

Comparatur v.g: Virum quempiam Militarem fulmini ita institutam laudem a similitudine fulminis amplificare posses.

Quemadmodum pater ille coelestis, vindex Divinae Nemesis telum e nubibus summa vi explodit, aut et tonantibus astris in subiectum orbem fulminat, ita heros Martis in adversas acies rapit, et dum caeteri pavore poenè exanimant, solus intercadentes phalanges immoto stat animo. Vidistis non dubito aliquando, et consternati animo audiistis, quando reboantium Nubium tumultu

expavescenda illa vis in publicum erumpat,
quantâ animantium strage, quanto Sylvarum ex:
cidio, quanta urbium ruina fulmineus ille hostes
debellat. cogitate non minores vires inesse mi:
litari pectori: quod ubi sincero odio contra hostes
fuerit inflammatum, labant moenia; subruun:
tur fortissimæ turres, sternuntur invictæ acies,
et verbo dicam, orbis ad Martii viri conspectum
expavescit. Spectastis quanto coeli incendio ful:
minans illud telum erumpat? quibus flammis
urbes incendat? cogitate Majores ardere ignes in
eius animo quem Martius inflammavit æstus. Hic ni:
mirum refrigeratur inter ardentes volantium globorum
ignes, respirat, dum hostibus spiritus et anima excu:
titur, vitam tutissimam agit dum alii agunt animam
Sed illud maxime mirandum videtur, in vindice illa
bellantis DEI sagitta, quod nimirum non recto tra:
mite in subditas terras agatur. Sed per tortuosos
flexus, dubias ambages, et mille mæandros in unum de:
nique scopum collimet quem Divinæ mentis decrevit sen:
tentia. Verum et hoc cernere est in Militantibus pro
Patria viris. Quot nimirum et quanta tenduntur stra:
tagemmata? quot ingeniosas ineunt artes, quot in:
opinatos moliuntur astus, ut in propositæ victoriæ metam
colliment. Sæpe hoc accidisse audivimus ut dum despe:
rata belli res esse videretur, dum ad interitum
omnia vergerent, in ipso interitu salutem Pa:
triæ invenerint in ipsa ruina cadentem Rem:
publicam erexerint.

PARS II.

De orationib. nostro aevo usitatis

CAPUT. I.

Quinam universales sint modi orationes nostro aevo usitatas componendi

Praeter speciales modos et particularia praecepta et orationes saeculo nostro usitatas componendi, sunt etiam universales quidam modi et generalia praecepta, quae quibuslibet eiusmodi orationibus possunt accommodari. Tradam igitur sequentibus quaestionibus aliquot, quae nimirum et faciliores et usitatiores sunt.

QUAESTIO I.

Utrum Syllogismus Oratorius sit universalis methodus quamcunque orationem nostro aevo usitatam componendi

Qui praedictas orationes certis quibusdam punctis adstringunt, ut ab uno illorum recedere religioni sibi ducant, aut grande artis Rhetoricae piaculum committi existiment: non facile concedunt posse multa quaepiam puncta, maxime si diversa

sunt colligi in unum Syllogismum, ideoque eius sententiae sunt, non posse Syllogismum assignari pro universali methodo quamlibet orationes componendi. Et qui contrarium sentiunt videntur meliores partes artis Rhetoricae tueri. Nam praeterquam quod illa puncta tum numerus non sit eo usque certus, ut ab aliis non contrahatur, ab aliis vero augeatur; illud etiam pro doctrina nostra facit quam maxime, quod illa puncta vel sint ita diversa, ut beneficio Syllogismi non possint univi, vel sint ita diversa, ut possint beneficio alicuius Syllogismi coalescere in unum: si sint ob diversitatem suam omnino incapacia unius Syllogismi: ergo videntur nec posse univi inter se in ordine ad unum corpus orationis constituendum. Quae enim ad conclusionem alicuius Syllogismi non possunt inter se coalescere, neque poterunt inter se univi ad conclusionem unius Syllogisticae Orationis inferendam. Quodsi vero illa puncta diversa possunt connecti et compingi in unum Syllogismum (quod adversarii debent concedere) ergo Syllogismus potest esse universalis methodus pro omnibus huiuscemodi orationibus componendis. Hoc discursu Rhetorico propono.

Assero, Syllogismum, Enthymema, Inductionem, Exemplum, Dilemma, Soritem & esse methodos universales, pro quibuslibet orationibus no:

stro saeculo usitatis componendis. De Syllogismo patet ex superiore doctrina, de aliis vero speciebus argumentandi, non est similis ratio ergo omnes sunt modi universales dictas Orationes formandi.

PRAXIS

Ut datae doctrinae correspondeat practicum sidema sit imprimis oratio salutatoria.

Iuxta communem Rhetorum doctrinam oratio salutatoria puncta potissimum complectitur. 1mo Explicari solet laetitia concepta de adventu hospitis. 2do Laudari solet humanitas hospites quod se dimiserint ad nos visitendos, 3tio etiam laus consumari solet vel ab ulteriore ratione vel ab Eruditione aliqua aut sententia, vel a stemmate eius domestico. 4to solet concludi per varios affectus potissimum tamen laetitiae. Quod vero haec puncta omnia possint contrahi in unam orationem. Syllogismus declaro subiecta praxi in qua sic exprimitur syllogismus. Magnus hospes est salutandus Sed tu es Magnus hospes. Ergo es salutandus. Salutatoria

Magnum Athenis nostris hospitem te salutem an hospitis tanti praesentiam Athenaeo nostro gratuler ancipiti trahitur sententia animus Princeps Illustrissime. Rapit communis laetitia linguam

atq in testem venerationis vocem exsolvit, pro:
cludit vero salutantis vocem tanti magnitudo
herois cuius nominis celsitudo omnem eloquen:
minor tiæ facultatem excedit. Verum dabit id tenuitati
nostræ amplissima animi tui humanitas, vt quod
nostræ deest dictioni tu de tua addes magnitu:
dine. Et quidem demisit se illustri humanitatis
tuæ argumento, celsissima herœi tui sanguinis
aries, dum sublimi illa et augusta domestiææ
gloriæ statione tantisper deserta ad angustias
Brunopolis nostræ descendit. Hæc nimirum est
magna illa celsarum mentium Indoles, vt licet
altissimo gloriæ fastigio sit altior, humiles ta:
men non fastidiat angustias, quibus lanora so:
let quandoq explicare spatia Principum hu:
manitas, quam augustis palatiis suam diffun:
dere amplitudinem. Facis id Princeps Cel:
sissime dum ab hereditaria magnæ domus tuæ
aquila, super mortalia euectus humanaq
superior laude, nostræ tamen palæstræ dignaris
solum, in quo licet arctari videatur Principis
dignitas amplior tamen relucet dignitatis hu:
Conclusio manitas. Salue igitur Magne Brunopolis no:
stræ Sospes, salue vnanimi totius palæstræ
literariæ affectu: quæ tot gestit vocibq vene:

rari Sospitem tot efferre laudibus Principis, humanitatem, tot promereri obsequiis Illmum Heroem quot fulges dignissimis Principe donibus, quas cum dictionis inopia numerare nequeat, nedum numerando aequis celebrare encomiis: tu qui magno comprehendis pectore innumera Principum decora ipse domestica Celsitudinis conscientia semper Magnus celebraberis Dixi.

PRAXIS Salutatoria Apis â circa Aquila

Salutaturus eundem Principem in sequentem Syllogismum inducta puncta ita colliges.
Syllogismus est talis. Felix est dies cui aquila affulsit. Sed. Ergo.
Felix atq fortunata dies affulsit hodierna, quam aliquanto gentilitiis alitis adventu exornâ: sti Princeps Ill. Fuerunt sua fabulosis vatibus capta ab avibus auguria: feliciora nostro Ateneo spondet omina. Princeps volucrum Aquila tua celsissima. Feliciter iam pro Sapientiae victoria certare licebit, dum tua victricis Minor laureato index volucris adeo sereno nobis

affulsit vultu. Fortunato ausu ad sapientiæ metam nos ituros confidimus dum gentilitia tua volucris bonis nos auibus eo deducet. Ita nimirum sacra veterum monumenta, de celsissima alitum Regina aquila senserunt, vt auspicatam eius præsentiam non dubium victoriæ et securæ felicitatis omen certo semper comprobarint experimento. Adeo igitur auspicatissimus Palladis nostræ Sophiæ P. S. adest augustâ comitatus alite ceu animato magnæ mentis tuæ simulacro, domestico Heroici pectoris symbolo, publico denique Illmi sanguinis teste, qui dies noctesque super clypeo

Conclusio tuo incubat tesserano. Felices nos faustosque Brunopolitanæ Clientes Palladis quibus sub Illmis tuæ volucris alarum umbra labores literarios obtigit auspicari. Nemo certe ab hoste studiorum torpebit ignauus quem longe lateque expansis alis benignissimâ tuâ obumbrârit Aquila.

QVÆSTIO I.I.

Vtrum modus scribendi orationem per Sententiam sit vniuersalis pro omnibus vtilitatis

Antequam quæstionem decidam suppono receptum esse apud Rhetores modum formandæ orationis a sententia et hunc quidem multiplicem esse de quo in Parte quarta agemus.

gemus. Hic duos tantum attingam breviter, qui cum magis sint usitati, commodiores etiam sunt cuiq Orationi formandæ.

Primus igitur Modus est Orationem scribendi per sententiam, quando initio sententia alicuius Authoris præfigitur, quæ partim rationibus, partim variis eruditionibus expolitur. Postea vero totum discursum superiorem rei nostræ de qua agimus vel personæ ad quam sermonem habemus applicamus.

Secundus Modus est, quando non ipsa sententia initio ponitur sed sensus sententiæ: sive quando nostris verbis sententiam exponimus: post expositionem verò sententiæ, verbis nostris factam rationem aliquam afferimus ad confirmandum sensum sententiæ, tum demum ipsam sententiam authoris genuinis verbis citamus. Assero igitur modum scribendi orationem per sententiam esse universalem pro quacunq oratione nostro usuo usitata. Altera pars huius modi cum priore convenit sic pro primo Modo.

PRAXIS Gratulatoria Marschalco

Gratulaturus officium Marschalci in moderandis comitiolis, ita per dictum modum posses formare Orationem.

Si è sententia Principis Panegyricorum Plinii maxima Reipu: civium lætitia est consilia in tuto collocâsse, quanta animum nostrum lætitia occupet

est necesse dum in pectore tuo tota consiliorum nostrorum securitas recondit. M.D.N.R. Ratio.
Ea scilicet est animi tui amplitudo ut non nisi publicis emolumentis suam explicet latitudinem. Ea est ad omnia negotia expedienda promptitudo tua, et difficultates omnes facile solvas consilio. Conf: ab Simili:
Dicere ausim quod olim Regum Maximus Alexander de suo consiliorum moderatore dixerat, ne hostium nos iacula feriant, clypeo munimus corpora, at ne fortunae assultus moenia nostra evertant, tuo boni consilii munimento fata omnia propulsasti, dicere inquam ausim Regium sodal. tua prudentia Encomiis, qui ea consiliorum facultate pollet, eâ rationum copiâ abundat, eâ futurorum eventuum perspicacia excellit ut non modo sinistros fortunae impetus sobrie propedire verum etiam arte evertere. Conf: a Senten:
Habes eam quam Philosophus in Reipu: moderatore requirebat indolem, futurorum providam, praesentium difficultatum intelligentem, omnium denique fortunae parem. Quanta igitur securitate legum nostrarum integritatem, libertatis conservationem, omnium nostrûm incolumitatem tuo pectori committimus! quod ceu tutissimum quoddam consiliorum omnium domicilium suscipimus universi. Conf: 3 ab Emuditione. Jactaverit se quondam Graecorum sapientum quispiam magis in sui unius pectore totius Athe-niensium muniti quam validissimo quolibet Graecis munimento: quia nimirum natura a visque robur ab hostibus aut ad versariis viribus potest everti, sapientia vero consilia de ipsius natura armisque viribus possint triumphare, iactaverit se inquam et tamen
iactabe

ractabi se viri prudentissimum censendum est. Hoc certe de te splendidiore elogio asserere audemus, plus in tui acie ingenii securitatis nos ponere, quam in fortissima hostium acie reformidare periculi. plus pacis publicaeque utilitatis a tuis consiliis nobis polliceri, quam ab exhaustis Patriae nostrae opibus metuere damni. Conclu: et affectus. Vive igitur bono publico fortunatus, vive consessus nostri moderator dignissime, vive et nostra quae commune emolumentum complectens animi amplitudine semper fove tibi addictissimos.

ANIMADVERTENDUM est applicationem non semper poni in fine post confirmationem sed etiam locum habere post ipsam sententiam et singulas confirmationes. Et hic quidem modus approbationis est melior altero, quia amplificationis feracior, et thesim ad hypothesim reducens, quod in genere demonstrativo maxime requiritur, ubi particulares laudes personae quam laudamus, velati gratulamur sunt instituendae.

Praxis

Salutatoria Familiaris hospitis

Pro Secundo Modo. Salutaturus tuum quempiam familiarem illam V.g: Quintiliani sententiam usurpare potes. Nihil tam difficile est quam differre gaudia. Ab expositione igitur huius sententiae ita posses ordiri salutationem.

Nocet omnis impatiens est laetitia. M.D. Ut flammae vis diu delitescere nequit quin in

publicum erumpat: ita Anceps gaudiorum sensus in pectore amicorum diu se continere non potest quin vultu, fronte, oculis se legendum exhibeat. Hinc Oratorum non postremus Quintilianus dicit: Nil tam difficile est quam differre gaudia. Emoliuntur illa obiecta silentii latebras, et si vocis ope nequeant in publicum emitti, frontis serenitate, vultusque hilaris argumento suam produnt indolem. Expertus id ego sum hodie illud hoc luculentiore documento, quo uberiore animum meum laetitia, auspicatissima tua complevit praesentia. Longa nimium atque diuturna mihi omnis mora videbatur, quoad conceptae de tuo adventu laetitiae coram explicare non liceret. Nunc proinde optatissimi voti, quia me compotem Superi hodie reddiderunt, fortunatum multumque felicem non possum me non aestimare, et tanto quidem feliciorem, quanto certius intelligo omnem felicitatis ac laetitiae maiorem e tuo uno proficisci conspectu. Annuant modo boni coelites, ut quem hactenus incolumem nobis servaverunt, eundem quoque commodis Paris et altioribus honorum fastigiis in longaevam conservent aetatem.

QVÆSTIO III.

Vtrum oratio per prothasim et apodosim sit conueniens satis modo orationibus nostro sæculo usitatis componendis

Re. Orationes quae fiunt per prothasim et apodosim, deserviunt cuique materiae hoc saeculo usitatae.

Est

Est autem multiplex modus componendi orationis per protasim et apodosim. Tres aliquot tantum recensebo. Primus modus est quando de aliqua propositione discursus universalis instituitur, qui postea rei nostrae vel personae de qua agimus in particulari applicatur. Alius modus est orationes componendi per protasim et apodosim quando non totus discursus generalis absolvitur continua oratione, sed per partes tractatur ita ut saepius interrumpatur et ad particularem apodosim descendatur. Alius modus est quando primo aliquid in particulari de re nostra vel persona proferimus postea vero ad generalem discursum transimus et ab hoc ad particularem applicationem redimus.

Notandum vero est praeter particularem apodosim saepe affectus etiam varios esse subiungendos prout eos praesens exigit materia, et cum diversi ex particulari applicatione non inferuntur esse brevibus substituendos.

PRAXIS

Votum in eligendo Comitiolorum Marschalco

Pro Primo Modo. Dicitur v.g. votum, quisnam in legatum nomine totius districtus ad comitia mittendus, aut in Praesidem, seu ut vulgo aiunt Marschalcum comitiolorum, ita per protasin et apodosim primi modi orationem instituere posses. An non quae sincere atque acute ille sit locutus, qui Regum Maiestates Bestiis volebant observari ut mutuum omnium atque affectuum discrimina nosceremus

agnitaq, seu sacra Numinum colere mus imperia; ijs
omnibus definiendum relinquo, qui licet beatissimam iu:
ris sui libertatem principum arbitrio non mancipa:
uerint, plurimum tamen commodi accedere libertati
existimant, quoties pro libertate non semper libere
apud sacras Maiestates agit. Ista enim vero inquiunt
et facillima et tutissima ratio est liberi iuris defen:
dendi, sub grandi Regum imperio, si nimirum et Regia
sciamus aucupari arbitria et publica non vendamus
emolumenta. Ita enim possumus sperare futurum
ut non modo debita Principibus itemq obsequia:
sed etiam obsequiorum libertatem retineamus. Ve:
rum enim vero nemo tam arduum difficileq seruandæ
libertatis opus melius susceperit, quam qui Maie:
statum animos affectuum mille vices longo Regi:
æ aulæ usu velut in speculo didicerit. Hic certe quis:
quis fuerit, is ille summe necessariam maximeq utile
rem nobis præstiterit, si officio legati aulici eam ar:
tem addixerit eo enim viro egemus maxime, qui cu:
riæ Regiæ consilia perspiciat, qui Maiestatum ani:
mos et aucupetur, et publicis destinet emolumentis
qui et acerrime priscam tueatur libertatem et
suavi ingenio sacra Imperia aut sustineat, aut e:
ludat qui nec dura Principum nomina; comproba:
tione intestini tumultus defendat, nec domesticas si:
multates omnino e gustu Principis sopiendas exi:
stimat. Hunc certe si aut ego vobis demonstra:
vero aut vos mihi exhibueritis, ne ego optime no:
biscum actum esse dixero et grauissimum illud Le:
gati onus ceu in Atlantis humeros reclinatum exi:

Stimauero

stimauero. Nihil enim quod ad difficillimum Legati munus desiderari videtur, ab alio magis expleri potest, quam ab eo qui sibi eius artibus est imbutus. Dicam citius ne vos tam viri sciendi desiderio diutius suspensos teneam, dicam quis tantas impleat laudes, est is quem nostro MDXX diuturno aulae Regio usu, et Majestatis sacrae consuetudine. Nunc igitur si consiliis nostris Moderatorem perficientis optime de re vestra decreturos existimabimus.

PRAXIS

Suasoria ne exteri milites legantur in Polo: nis subsidium

ORationis per Protasim et Apodosim pro 2do modo.

Suasurus non esse legendum exterum militem in auxilium militiae Polonae, ita iuxta 2dum Modum per Protasim et Apodosim perorare posses.

Victor Orbis Pop: Romanus cum fines Imperii sui longe lateque propagasset atque per universa prope exterorum Regna victricia signa circumtulisset, tandem fatali clade in Hispaniis accepta, didicit perenni totius posteritatis documento, male domesticas vires exterorum auxiliis roborare. Nam cum ingentem exercitum contra Hispanos Publius et Lucius Scipiones Fratres eduxissent, dolo auxiliarium copiarum triumphator ille miles circumuentus est, ut qui propriis viribus ante steterat invictus, stetisset etiam tum Hispanis

formidandus exteri militis manibus atq intr:
diis tuppiter sit casus. Ita nimium peregrinis
auxiliis domestica subruunt robora; et a quibus
Patriæ Præsidium nos adsciscere credimus exitium
sæpe nos aduocasse experimur. Latet in extero et
alieno populo etiam externo et a Patria nostra
alienus animus, tanto quidem tamq alto radicato
odio ut citiq natalem uniuersi suis necessitudine
soluendam dixeris, quam exterarum gentium fidem
et sinceram amicitiam cum Polono nomine stabili:
endam. Sicut diuersi ritu Patriæq cultu suoq, ita
Marte arteq Martia et quod sæpe nascitur animis
discrepantq. Male vero ea nectuntur quæ magno na:
turæ morumq internallo sunt disiuncta. Nam licet
ad speciem et tumultuario quodam necessitudinis
vinculo coalescere possunt tamen usq eo stabili
et sincera solidari amicitia quam nulli hostium
rumpant insultus. Leue animorum amorumq vin:
culum est, quod nec affectum benevolentiæ, nec
pari ingeniorum morum cultu, sed æris et stipendii
pretiis est contractum. Tantam enim vim roburq quod:
uis necessitudo obtinet, quantarum virium et firmi:
tudinis est illud quod uniuersæ amicitiæ basis et
quoddam est fundamentum. Quod cum in exter:
num militum animis Patriæ nostræ conciliandis
solq pretii et stipendiarii huius amor efficiat, tantq
duntaxat firmitudine militare robur cum cæ:
teris copiis in vinculum substat est necesse quanto
temporis rerumq secundarum pacis belli [illegible] fortu:

nata erit. Sic si aduerso belli eu[e]ntu cadat simul quoq[ue] manus vinculum rumpetur. At non tali nexu domesticus miles et Regni Civis Patriæ suæ constrictus Manu sociat. Perpetua sunt nullo iniquæ sortis rumpenda impetu, quæ eiusdem nominis gloria et communis omnium Parens Patria texuit vincula. Tanto igitur magis domesticos milites qu[am] extraneis pr[a]eponendos esse censeo, quanto illorum fides, pietas, amicitia quam horum lucra et stipendiaria necessitudine sunt illustriora.

Aduertendum est Discursum generalem seu protasim posse duci ab aliqua sententia v[el] eruditione v[el] exemplo prout in præsenti oratione factum esse vides in qua fundamentum totius discursus est exemplum de Romanis allatum.

PRAXIS

Suatoria ut legatus exteri militer

Iuxta tertium modum per Protasim et Apodosim. Refutatur superiorem sententiam, et prosim. Refutaturq[ue] ... exterum militem dicturus, ita orationem instituere posses per tertium modum Protaseos et Apodoseos.

Nimis angusta amicitiæ Polonæ vota desinunt si Mundum eam Patriis Regni nostri militibus circumscripseris. Laus est humanæ gentis vinculum quod suo ambitu orbem complectitur vniuersum. An tu Leuitica ingenia tam arcti pectoris esse existimas ut extra domus suæ limina se non extendant. an tu Polonam amplitudinem Regni vniq[ue] finibus termi:

nes? quod nominis sui gloria affectusq. innati ma:
gnitudine exteras gentes populosq. complexa, orbem
universum in sui amorem traxit. Neq. tu facile
rumpendos eos nexus dixeris, quos sub dispare coe:
lo nata ingenia contraxerunt. Firmiores credo mihi
coalescunt necessitudine illa vincula, quae teste
Historicorum Principe Livio extera sociavit amor. Nam
cum nec cognati sanguinis affinitate, nec consimi:
lium morum cultu fundentur, sed aut sincero virtutis
amore (quod Romanus advertit Orator), aut illustrium
facinorum fama (quod Romano non impar Rhetor
Quintilianus existimat) radicentur. Tanto utique firmi:
ora nostra cum extraneis vincula existant esse ne:
cesse quanto rarius domesticis amicitiae nomina sin:
ceris virtutis rationibus ineunt. Cui (quod sine
gravi dolore meminisse non posse) palam fuca:
ta saepenumero sunt patriorum militum foedera?
quam personato ficto benevolentiae vultu sunt tecta.
Dicere ausim quod Romanae gentis Augustus Impe:
rator olim dixisse fertur: Gerimus quidem armis non
Patria nos pugnare saltemq., sed disparibus animis
et pugnam et Patriam tractamus. Hinc tot
domesticae dissensiones hostilibus odiis acriores!
hinc tot discordes factionum domesticarum machinae,
quibus, etsi Patria nostra ferreis cingeret muris,
etsi gygantiis defenderetur pectoribus non posset non
in extremum vocari discrimen. Dic mihi, O Ci:
quides

quidem Aequus rerum arbiter sis, dic inquam a: perto pectore, quod sodes Corôs inclyta Patris tempora quid inquam orbis Poloni faciem immu: tauit, si non Patriorum militum discordia. Polimus Publica Regni comitia iterum iterumque infelici e: xitu turbata? turbata vtique sunt domesticorum discor: diis. Lugemus ciuili Patriam ardere praelio? ac: cendit flammam domestica discordia. Ingemu: scimus deum manis fluentibus immaniorem belli Suen: ci tempestatem nos agitare? excitauit primas pro: cellas domestica cum hostibus collusio. Nemo igitur extraneam copiam perduellionis arguat, quam in domestico milite omnes damnemus oportet. Nemo instabilem cum exteris societatem armorum ducat quando ipsi facto non stamus foederi. Quin si rei ve: ritatem sinceriusque aestimare cupimus, aduertemus non raro exterorum militarem fidem, deploratis Patriae rebus tunc succurrisse quando domesticus miles a fide in Patriam defecit. Admittite igitur M.D. ad societatem armorum illos, quos in Patriam nostram sincerus amor, fida et toties spectata Reipu: Polonae auxilia, faciunt commen: datissimos.

Notandum est quando aliquis Protasi: sio cum Apodosi permiscet, vt constanter in incepto discursu maneat, ne forte quis in a:

ria materias simat quam sequent.

QVÆSTIO IV.

Vtrum Oratio quæ ducitur a stemmate sit universalis modus proam ius materiæ dictione

Re. Esse modum universalem pro quavis oratione, sure saeculo usitata commendæ et quidem è præcipuis non postremum, ut pote qui et ex re quodam modo natus videatur et qui in genere demonstrativo plurimum laudis afferat, ingeniumque et felicem mireat calamum. Porro varii modi esse possunt scribendi eius modi orationis ego paucos hic subiiciam.

Imus. modus est quando stemma breuissime exponitur. 2do quando per totam orationem varia stemmatis acumina et rationes afferuntur ita tamen ut quidquid afferatur, in laudem eius ad quem vel de quo dicitur cedat. 3tio Quando affectus subiunguntur competentes materiis illi de qua scribitur oratio.

Gratulatio Natali die Illmo. D. a virtu Luna.

PRAXIS

Breui oratione gratulaturus natalem diem Illustrissimo Duci Alexandro nostro iuxti prædictum modum

dum possis perorare.
Habes enim astra in tuis obsequiis Dux Ostrogien:
sis et Zaslaviensis. Quis dubitet te terris quan:
doq imperaturum cui astra famulant. Magnum
te Alexandrum esse oportet, qui cum terra non suf:
ficeret coelum suam amplitudinem explevit.
Lunam plannis tuis Fulgentam traxisti, quia
Ottomanicæ potentiæ cornua tuis aliquando sub:
iugabis vinclis. Quis te et coelo et terris magnum
Heroem esse neget? qui Principem coeli Lunam
domi tuæ habes familiarem. Celsissimus omni:
no et Illustrissimus Princeps es, quia lucem tuam
a coelis derivas! Quam alta honorum culmina olim
sis occupaturus, hæc coeli fastigia testant, quæ ut na:
tus es statim attigisti. Verum quo altius enitans
iam habeas asserere nequeo, hoc dicere possum te
in ipso natali tuo coeli verticem occupasse. Scan:
de magno passu astris altior. Nam si ex Poëtæ
axiomate Non multum distat terra Polona Polo
tu qui sublimes coelorum apices aucta celsi:
tudine iam attigisti quomodo eosdem propria
non excedas virtute. Vive igit et hæc orbis
Poloni astrum Illmum. Vive eaq lucesquæ
â coelis traxisti terris impertire Diu.
Secundus Modus est orationem dicendi
a temmate quando alicuius gentilinus

stemma ita ad orationem assumit, vt per modum similis tractet, vel vt occasionem similitudinis alicuius offerat aut certè contrarii e quibus omnibus captet materia laudis in praesentem materiam personae de qua vel ad quam sit oratio. 2do Admittit huiusmodi eruditionem aliquam quae connexa sit vel cum ipso stemmate vel cum similitudine aut ratione quae ex occasione stemmatis afferuntur. 3tio Erudita huiusmodi orationis conclusio esse solet quando variis aut similibus eruditionibus finitur, quae tamen omnes vno vel altero verbo obiter attingantur. Et vero huiusmodi conclusio valde est accommoda huic modo. Nam sicut praesentis orationis vis tota consistit in stemmate per similitudinem vel quasi similitudinem tractato: ita conuenienter affectus tales subiunguntur qui aut similitudinem aut similitudine perfectiorem eruditionem sapiant

2da Gratulatio Natalitia à stemmate Lunae.

PRAXIS

In inducta materia perorationis ita gratulationem inter praescripta genera perpes conspicere.

per modum similis

Sunt inter minores ignes, magna sydera:
Sunt inter illustres Lusitanos Ciues magnis Heroes.

roes. Horum tu facile unus es Dnus Alexander O:
strogzkius . et Zaslaviensium Herorum Heros dignis:
simus. Ita scilicet magna anorum nomina adiisti, vt
te et inter Lechicas stellas Solem probes et dome:
sticis huius decora propria virtute implere te osten:
das. Sunt alii magna clarag orbis Sydera: sed
aliena luce conspicua, tu ita alienam mortalium
Herorum lucem occupauisti, vt eam propriis vir:
tutibus facias tuam. Potes te igit Magni Alexandri
cognomento merito appellare. cui cum Philippi
Patris gloria ad aemulationem fuisset proposita
respondisse fertur: Verum est Alexander a Phi:
lippo prodii sed Magnum me prodiisse. Alexan:
drum propria testantur merita. Seruent igitur o:
ptimi Caelites semper Magnum, qui Magnorum
Natalium gloriam Alexandrino pectore occupa:
uit. Seruent Lechicae Reipu: Atlantem, Ostro:
giensium Ducum Herculem, Zaslaviensium Sci:
pionem Patris vniuersi Magnum Pompeium,
Seruent et Brunopolitano Athenaeo, illum A:
lexandrum qui literarum semper vixit Me:
coenas.

Tertius Modus est, quando primo themma
allata vna vel altera ratione exemplicatis quo
in laudem personae ad quam vel de qua dicitur

oratio cedat. 2do Eruditio aliqua alteri connexa cum stemmate ex quam amplissime elicitat laudatio. 3tio Affectus e materia nascentes et occasioni praesenti convenientes deducuntur.

Adverte Rationem differentiis esse inter primi et superiorem modum quod ille similitudine plurimum gaudeat alter ea ratione quod ad similitudinis vim reducit. Hic vero expositione stemmatis ratione et eruditione conficiatur.

3tia Gratulatio Katalin[illegible]

Praxis

Iuxta praedicta praecepta sit tertia gratulatio ad Illustrissimum Principem Alexandrum.

Luculentum domestici lucis tuae testem habes P. quando lunam in natalium tuorum testimonia vocas. Iactaverunt alii se illustres, quia caeliastra in gloriae tuae censibus numerantur tu certe illustribus illustrior es quia sydereum princeps sydus domi tuae est gentilitium. Si caligine aliquando involvendus foret coeli oculus Sol dicebat facetus [illegible] Luna vices magni oculi sustinere. Verus id ego de splendoris tui magnitudine asserere audeo quae tanta est tantaque semper erit et fuit in Maioribus Maiorum

iorum tuorum factis, ut cum Lechi soles iniquioris fortunæ noctem paterent, vos Ostrogienses Lunæ Sarmatici cæli Solem sustinuistis. Et hoc tibi magni splendoris hæreditas obtigit Dux Ostrogiensis et Zaslaviensis quando Magni Alexandri mensuram implevisti cæli amplitudinem tibi adsciuisti, ut cum tibi terrarum vastitas non sufficeret, cæli immensum spatium, Heroici tui animi amplitudinem tibi adsciuisti: ut cum tibi terrarum vastitas non sufficeret. Viue proinde cœlo terrisque par Magne Heros. Viue terrarum Magnum Sydus, quod cœlos etiam illuminare potes Dixi.

Quartus Modus est quando aliquis sensus eruitur è stemmate, et disponitur per aliquam speciem argumentationis v.g. Entsymematis Syllogismi &.

Gratulatur igitur Natalem Illmo Principi Alexandro Duce v.g. sensum posses eruere ex ipso stemmate. Luna tua gentilitia est omen victoriæ quam aliquando referes de Turcis per Entsymema vero ita eruitum sensum disponeres.

4ta ex circa Lunæ. Sylgm

PRAXIS

Ominentur alii fausto augurio magnas de hostibus victorias tu maximam de Othomanica porta sperabis Palmam domui tuæ. P.I. Quis enim neget Turcicam bellonam Ostrogiani omnino se committere cum Othomanici imperii gentilitium stemma, in suo ducat Triumpho fortissimi duces in Ostro. Erit illud felix Lechis tempus (non vana Vates auguror) erit

unquam illud fortunatum affluat sarmatis seculum quo Turcicas subiugabit Phalanges. Magni nomine et omine Alexander, qui illas iam olim auita Constanti Manu victas ad suum transtulit stemma Herede gloria. Et certe an caeco superûm fato quis accidisse dicat, ut Ottomanici sceptri insignia domui tuæ vendicares, nisi id Luculenter coelitus foret auguium, te eum Ostrogiensem Ducem aliquando futurum, eum Imperatorem Alexandrum qui Orbem Turcicum sit victurus. Faxint Superi et optima Sidera coelitum nostraque otia bono cœant successu. Sed neque ego aliter euentum confido quam quod Magna domus tuæ felicitas Martia auorum tuorum decora, summa honorum fastigia nobis se uniuersis pollicentur.

QVÆSTIO V.

Vtrum Chria sit uniuersalis modus salutationem Gratulationem similesque Orationes n[ost]ro tempori vsitatas scribendi.

Assero Esse uniuersalem modum, modo vsitatis præceptis Sibi quos addant.

Si quis igitur velit præceptis Chriis vti ad formandas gratulationes, salutationes Primo Sententiam accommodam illi materiæ de qua scripturus esse ad Sibeat.

adhibeat: vt si dictum est salutationem amici vel gratulaturus alicui dignitatem aut in cuiuspiam funere peroraturus, talem sententiam vsurpare debeo quod ad praesentem materiam spectet.

Modo Postquam assumptam sententiam tractauerit per octo partes supra dictas, in Epilogo facienda est breuis recapitulatio aliquarum partium superius tractatarum, earum potissimum quae commodiores erunt excitandis affectibus gratulationis, aut illius Orationis quam dicis: hoc tamen obseruato, vt ea quae repulant, applicent in particulari personae cui quis gratulatur aut gratias agit. V.G. Si repetit simile debet autem repeti breuiter et phrasibus aliud quam sit hactenus tractatum applicet id amico qui salutat. Tertia Exordium siue largo sumptu est tractanda, omissis longis encomiis ant[...] Sermo [...] [illegible] [...] Salutaturus amicum incolumem in Zenonis Philosophi sententiam assumo. Amicus alter ego, et sic eam per superiora praecepta et alia vsitata tracto.

Amicus alter ego dignum sane Philosopho axioma Zeno olim dixerat, dignus amicitiae tessera, dignissimum amicorum animo et ore effatum. Ita nimirum amicorum animos coniungi Philosophus edocuit, vt in vnum coalescere pectus, iisdem teneri amoribus similibusque agi affectibus, pares gerere animos necesse sit, quia foedera amicorum aeterno iure stant libera. Quo quidem mutuo beneuolentiae vinculo accidere solet, vt cum alteri secunda fauerit, fortuna, al-

Salutatio amici

ter sicut ab amicitiâ ita a fortunâ societate non
excludat, cum sunt adversi afflixerunt succes:
so, ille premente fato superstes supponat humeros.
Et certe quid aliud amicitiæ legibus sancitum est, quam
non modo conspectu et loco sociari, verum etiam ani:
mo et voluntate uniri, quid aliud una familia:
ritatis et vincula necessitudinis exigunt, quam
non modo ob cognationem sanguinis aut formæ
similitudine coniungi, verum etiam potiori quodam
iure, ob morum, amorum et animorum paritatem.
Qui enim fieri possit ut indissolubile amicitiæ
vinculum illud perduret, quod diversa animo:
rum trahunt studia, qui diuturna illa conversati:
onis coniunctio sperari possit, quam aliena [illegible]
vergunt affectuum commercia. Ut enim virtus unita
fortior est, sic non debilius illud amicitiæ vinculum
est quod binis stringitur nexibus. Speculi effigie con:
formentur amicorum animi necesse est, si genui:
num amoris typum exhibere desiderent: scilicet ut
speculum obiecta fideli exarat imagine: sic amici
non modo in oculis suos invicem spectandos ocu:
los, in vultibus suos noscendos vultus, verum in ipsis
animis alter alterius animos legendos debet ede:
re, in apertis pectoribus secreta sua depicta gerere
in amoribus utriusque amores lustrandos exhibere ut
quemcunque conspexeris alterum in altero videas,
absentem in præsente cernas, in præsente absentis
vultus et

et animos geri animaduertas. Sic nimirum fiet vt alter de altero non modo in ore verum et amo:re proferat Amicus alter ego. Apage illa perpe-tua naturę dissidia, quę instar ignis et aquę in:ratis sese consumunt discordiis, quibus non modo idem animus sed ne locus quidem idem esse potest quibus nihil commune est nisi innata pugna, et im:mortale desiderium sua inuadendi confinia et ultra lacessendi. Non hac cupidine beatissima amicorum pectora flagrant non his stimulantur affectibus, com:munia Amicorum omnia nihil alterius quod non sit vtriusque et si Amicus alter sit alius non sit. Sensit id sincerę amicitię illustre prototypon Xenocra:tes et vt vere id se sentire comprobaret, etiam san:guine proprio sententiam suam confirmare paratus erat, si operę pretium fuisset cruore suam amicitiam describere. Nam cum a Tyranno Dionysio ad iura amicitię violanda quę cum Duce Platone inierat tentaretur, ante proprium caput sibi demi optabat quam Amici Platonis. Scilicet in Plato-ne viuebat Xenocrates et in Xenocrate spira:bat Plato, duo amici erant sed vna amborum vita, bina corpora erant sed vnus animus. Lędi igitur non poterat Xenocrates nisi offenderetur et Plato offendi Plato non poterat nisi lęderetur et Xeno:crates. Non minus igitur erudite quam vere Prin:ceps Philosophorum Aristoteles. lib: Ethicorum

8 cap: 8 Amicorum omnia communia esse sen-
tio. Si ego hodie amicorum amicissime tot grano-
re expertior lenon quo illustriore argumento tua
incolumitatis modo oculis intueor, sed et eadem
ipse tecum frui mihi videor. redintegratos mihi
sensus vires ipsas instauratas sentio dum tuas
integras firmasque gaudeo. Serment te superi diu
incolumem, sentient diu felicem ut tua incolumi-
tas atque felicitas me quoque felicem incolu-
memque conservet. Provenient tibi gloria auspi-
catissime ut me tecum fortunatum sentiat. Quales
enim te amice alter ego concipio, tales me ipsum
quoque efformas, eosdem sensus, eosdem animos for-
tuna sive secunda sive adversa in me repraesentat
quos et hunc exarat. Imago tuae felicitatis apertus
hoc pectus meum est. Hic animus, hic gaudia mea
tuaque, hic affectus amore descriptos legere potes. Da-
rent utinam superi pervium iter, quo illud cordis
adita penetrare liceret, lustrares sane ibi tam gra-
tam te descriptus memoriam quam mihi longe gra-
tissima est. Sed neque ita abdita pectore amoris flam-
ma delitescit quin in vultum erumpant. Ignis sci-
licet cinere sopitus amor est eluctatur ad publicum
etiam intimis animi recessibus clausus. Ignis
inquam est non ille quidem qui alterius elemen-
ti consortium perpetuo eiuravit dissidio, sed
qui omne id cum quo societatem init in suas

convertat

conuertit naturā qui quidquid vi conigueuit suâ, in virtutē quoq; transformat propriā, nec ante eius consortiū se auellit quam ipse extinguat. Ea scilicet nostræ coniunctionis vis, nostræq; amicitiæ vinculum erit, quod non ante soluetur quam nos mortali corporis vinculo natura exoluat, ea erit amoris flamma quæ non antè extinguetur quam nos ipsi extinguam. Imo iam et ipsi extincti adhuc amoris flammam cinere nostro consepultam seruabimus, et corpore soluti adhuc amore coniungemur. Quis nimium indissolubile hunc amoris nexum soluat, an Dionysii illius Tyranni gladius? caput meum citius petat, quam te capite meo clariorem impetat. aut fortunæ liuor et inuidia? nihil illa eripiat, quod binis tenetur manibus aut si cedendū fuerit fato non succumbet amor etiam victus amicorum non modo bona communia sed etiam mala eruxit. Amplector te igitur et saluto non tam corporis quam animi bracchiis longe desideratissime mihi senex viue semper incolumis, viue semper foelix cuius incolumitas mea semper erit, viue alter ego, vt et alter tu id est ego viuam Dixi.

Modus 2dus per 3nam scribendi, salutationem, orationem funebrem gratulationem &c &c.

Præter usitata, quæ præcepta hac in secundo modo observari possunt specialia. 1mo Ne initium artificiosè quis aures Auditoris offendat in Exordio superfluè Authoris laudes erunt omittendæ. Statimq ab expositione exordiendum præmisso brevissime elogio authoris.

2do Ne videaris nimium universale discursum intitulare, cuilibet parti subiungenda erit applicatio ad eam personam vel rem de qua in particulari est sermo, et hic modus est accommodissimus dilatandæ quæ ita ut in amplissima excrescat orationem, ad melius perspicienda præcepta esto.

Oratio Funebris Praxis per Chriam

Dicturus orationem funebrem viro alicui illustri et in officio Reipu: ante constitutæ accipere illam sententiam lib: 2 Officiorum. Actum præclare cum iis est, quorum virtus nec oblivione eorum qui sunt nec reticentia posterorum sepulta esse poterit. Recte Romanæ facundiæ Princeps actum præclare cum iis etc: Felicem nimirum ex hac vita discessum, illis contingere asseverat, quibus non tota virtus abit, aut in eorum obitu obit neque oblivioni eorum, qui post fata manent committitur sed potius vivit in morte longe lateque dilata:

-que in ipso funere. Luculento id argumento discimus Aur: cum oculis animisq vestris propositis DR. qui etsi immaturo fato obiit non tamen eiq vitq abiit, et sic ad immortalem beatitatem se transtulit viget tamen adhuc memoria eius præclare gesto: rum quibus eum Rempu: sibi semper obstrinxerat nec potest non in seras vsq posteritatis memoriam durare. Hic interire vero desierit laudes ipsiq Iuventutis? Gloriosa enim fata non minus quam facta sunt, quum Reipu: Gloriosa inquam in ipso luctu, in ipso funere celebria. Et de maxima vita parte secura. Viuum scilicet in posterorum credegunt in Patriæ amoribus. Unde etsi charissimum suum immatura morte sublatum Respu: luget celebrabit nihilominus præclara eius facinora posteritas et quod alumnus sibi ereptum dolet, quod præsidium columnamq Patriæ subreptam, quem communis incolumitatis Atlantem prostratum illum ipsum in ipsa ruina eriget æternitati, ad sublime gloriæ tropæum efferet, in ipsa denique morte ad beatiorem extollet vitam. Non immerito Manes æternitatis mortem dixero quia etsi mortalem extinguat vitam, sunt tamen immortales. etsi oculis desideratissimum Patriæ civem eripiat, animis tamen non rapuerit quem honestam transactæ vitæ memoriam in nunquam interituram posteritatem transcribat. Transcribet (Beneq

minum est de immortali nominis sui gloria) transcribet inquam luctuosus siccè obitus tui vitam immortalitati, quam tempori eripuit, dabit perpetuam factorum memoriam, quam vitam periodo terminauit, eriget denique monumentum perenne praeclarissimis tuis facinoribus, quod mors per calamitosissimum vitae tuae casum subuertit. Procul ab infelici fato vitae tuae occasus erit N.N. procul inquam ab interitu eorum qui toti moriuntur quorum vita vt vmbra euanescit, qui non modo corpus sed etiam gloriam tumulo inferunt. Non sic ii decedunt qui meritis in Rempub: sunt illustres. Manet scilicet illustris nominis gloria in extincta splendet semper in publico etiam cum delitescit in sepulchri abditu. Cur igitur Illma. Excia. meritis que vita tua delitescat N.N. quam indiuidua comes virtus stipabat quam pedisequa virtutis gloria semper sequebatur. Ita scilicet indissolubili vinculo iunxerat in virtutis aedera, vt nihil non cum virtute esset coniunctum. Testis est Martia illa fortitudo Testis est in summis Reipu: officiis sustinendis prudentia. (Hic in particulari actiones cum laude sunt recensendae.) Tacito nobis sermone insinuare videtur MDni ex ipsa tumba velut cathedra defunctus N N iisdem ad nos perorat dictis quibus quondam extremam vitae periodum agens liberos posteros suos affatus est. Nolite arbitrari (inquiebat scilicet mo: nens

nens

nens (ajus) o mi Di (Sanctissimi filii! me cum a vo:
bis discessero nusquam aut nullus fore. Compellat
ille nos gravissimis hisce dictis M.D.N.N. quia
certus erat de nominis sui et gloriæ immortalita:
te. At neq. cuipiam ea mens inesse potest quasi
invidiam temporum et seræ memoriæ oblivionem
præclarissima Dñi N.N. facta timere debeant. Sem
per enim ea vigebunt atq. omnium ore celebra:
buntur (Hic in particulari facta eius recensenda
essent dicendo v.g.:) Dicet aliquando dicet sera
posteritas Magnus ille Patriæ nostræ Hector ita
Pectus Patriæ opponebat. Monumentum gloriæ tuæ
Undiq. erexisse videtur dum currit.

Facta Ducis vivent operosaq. gloria rerum
Hæc manet hæc avidos effugit una rogos.

Vivent operosa virtutis et gloriæ tuæ facinora,
vivent in grata natorum nepotum et posterorum
memoria! Ita omnes facta tua animo recolent
ut æmulo quoq. passu ea sint imitaturi, eris
seræ tuæ posteritati viva vitæ imago licet sis mor:
tuus eris absolutissimum recte vivendi prototypon.
ad cuius normam etiam magni viri virtutum
formabunt vestigia. (Hæc in particulari recen:
sendum esset) Imitabuntur strenuam tuam fortitu:
dinem milites, imitabuntur consiliorum pru:
dentiam Regni Proceres, imitabuntur sinceram in

Patriam studia boni Patris Cives. Recte igit, in su[...]
laudem dixit Orator Romanus. Actum est praeclare cu[m]
iis &c. &c. Sic subiungi potest gratiarum actio ad Sospites
et invitatio ad hilaritatem convivii.

CAPUT II.

De Orationibus Salutariis & Gratulatoriis

Hactenus egimus de orationibus tempore nostro consuetis in genere: iam de iis in particulari per aliquot capita tractabimus. Et quidem primo loco assumimus salutatorias et gratulatorias, qui a caeteris frequentiores in usu ac poene quotidiana habentur consuetudine. De quibus igitur sit.

QUAESTIO Ima

Quaenam sunt puncta servanda in construenda Salutatione Gratulatione & ad has Responsoria

Apud Neotericos Rhetores qui hoc saeculo praecepta sua scriptis evulgarunt reperio sequentia. Primum est, ut laudatio eius instituatur eius qui salutat. Iterum ut Nostra obsequia studiorum promptitudinem deferamus personis, quam salutamus

Advertendum tamen 1mo non esse opus vt tradita praecepta ordine recensito serventur, sed sufficere si exprimantur in discursu salutationis quocunque ordine. Laetitiae tamen affectus vt plurimum primam partem orationis occupat, sicut etiam obsequiorum delatio conclusionem sibi vendicat naturali quadam lege.

Advertendum 2do Non esse haec tria puncta ita religiose observanda, vt ea vel minuere, aut augere sit nefas, sed pro temporum, personarum et caeterarum circumstantiarum ratione ita posse attemperari vt omnino iure mutari soleant, modo boni Oratoris partes impleant. Pro more sit.

PRAXIS

Salutatio amici in Comitiis

Excipitur breui salutatione amicus in Comitiis ita iuxta praecepta superiora breuiter seruatis.

Quod pridem in votis habuerim, vt nimirum tibi debita obseruantiae meae obsequia etiam deferrem, id hodierna die a benignissimo Numine me tandem consecutum esse animitus gaudeo et gratulor. Seruent porro aliaque te Patriae nostrae diu incolumem seruient libertatis assertorem nunquam sincerum quam interdum defensorem. Seruent Regni Poloniae magnum decus et ornamentum. Quoniam vero propter publica afflictae Patriae commoda

procurandi id sunt nostri ipsi mus confessus, clementissima sacr Regis Nostro voluntas modo nos euocauit, fortunent Superi ut animi Attentia et concordi studio in id unum incumbamus. Responsio

Respondet amicus. PRAXIS

Priorem me ad salutationis officia occurrere merito decebat, nisi ingens de optatissimo suo aduentu lætitia in ipso salutationis exordio me plane elinguem reddidisset. Tanta enim meum incessit lætitia, cum desideratissima Dnatis V[ræ] intentia tandem frui datum est ut eam verborum amplitudine nequaquam explicare possim. Cum igitur gratissimus M. D. V. conspectus silentio venerationisque excepi, lætitiæ potius magnitudini id attribuat velim quam minus propenso in M. D. V. affectui. Et certe non minus me impleuisse debita venerationis obsequia existimo silendo, quam si longo dicendi studio affectus mei obsequia declarassem. Fortunent vero boni superi optima illa M. D. V. vota, ut quo boni publici promouendi studio sue è clementissimo Serenissimi Regis imperio, concurrimus, eodem dictum consiliis tempus feliciter transigamus.

Notandum est in Responsionibus Amici ut ad proposita puncta respondeat. 2do Ubi secundus quinetiam non impeditur laudando amico. quod etiam in salutationibus conuenit fieri beneuolentiæ officiis explens, et ita factum esse aduertis in data responsione

PRAXIS

Salutatio Ill.mi XX. in alia parte

Salutatur quempiam nomine et dignitate illustrem in publico consiliorum consessu, ita vg: peroraare post leo sumpta similitudine solis.

Antequam vero ipsam praxim dictem.

Notandum est supradicta salutatoriis orationis praecepta posse in syllogismi formam redigi iuxta sacteng dicta c. 1 q. 1 Hoc tamen si fiat, producta 3 v 4 quincta non semper poterunt stanito tempore servari.

Notandum 2.do Non debere eiusmodi orationem recti semper syllogismi forma exponi, quod etiam in aliis materiis curandum est, ne idem artificii tenor perpetuo quasi iure servatus nauseam pariat, et artem nimis vulgarem effingat. Poterit interdum inchoari a minori interdum a conclusione, quin aliquando non abs re erit ab ipsa ratione Maioris vel simili sententia aut eruditione quid in confirmationem Maioris posset afferri. Quod vero dico de variatione artificii syllogistici idem intelligendum de Enthymemate et aliis argumentandi speciebus. Sicut enim syllog. modo a minore modo a ratione Maioris modo a conclusione ita Enthymemate iam a consequentia, iam ratione consequentis aut Antecedentis poterit initium sumere et quidem pulcre. Sui eximendi gratia sit sequens oratiuncula

cuius hic est syllogismus. Illustres viri publicos consiliorum conventus sua illuminant praesentia. Tu illustris es vir. Ergo.

Habet hoc astrorum decus sol, ut natius rerum elegantiae maiorem pulchritudinem sua luce addat, et quas natura consensu vestiunt decore, earundem florum amoenitate magis exornet. Habent et hi Illustres virorum Magnatum praesentiae hoc quidem meliore sui lucis testimonio, quo nostra sunt clari generis et virtutis lumina eius splendore solis, habent inquam hi clarissima Reipublicae sydera ut conspectu sui luce, publicum consessum et consiliorum lucem magis illuminent, ut quae antea proprio domestico lucis ornamento non carebant, novum postea praesentiae accessione sua adaugeant dignitatem. Ita sapientissimo Solone olim dicente omnis pulchram sol dum appropinquaverit splendidiorem reddit ita annulli plenus, insertis gemmis

minor. decor magis exornet. Accidisse hoc nobili nostro Regni Equiti Senatui non dubie hodie aperuit P. T. dum de eius praesentiae splendore magnorum consiliis nostris affulturam lucem merito speramus. Hi enim numquam te naturae dotibus ornatum [illegible] ea intelligendi dicendique facultate praeditum agnoscimus ea consiliorum maturitate et curiositate rationum abundare novimus ut nihil tam

arduum

arduum tam difficile, tam perplexum in deliberationem venire possit, quod tua nequeat enodare consiliorum felicitas. Salve igitur optatissime equestri senatus Tyge, salve Perillus consiliorum Rector, collustra praesentia tua luce, amplissima consessus nostri subsellia, praefer consiliorum facem, et tuo quo in Rempu: flagras amore, nos ad studia publici emolumenti accende. Con. In ſ.io

PRAXIS I.V Responsoria

In qua respondet ad salutationem

Iam dixi supra quid ad responsoriam orationem requirat, hoc tantum in praesenti addo, quod dixit in ipsa salutatione. Non est opus omnia omnino puncta explicite ponere, aut definito ordine, ita ut res sponsoria ea semper ad amussim et inviolabili iure observari lex est perpetua. Potissima igitur vis responsionis in hoc consistit ut ad dicta responderi, quod fieri solet.

Primo Quando laudem nobis in salutante refundimus dicendo: Ea omnia illi potius convenire, quam nobis. Secundo. Quando dictas laudes extenuamus supra meritum et virtutem nostram esse eas affirmando. Tertio. Quando per Rhetoricam coelitum invocationem precamur, ut omnia salutantis vota fortunato eventu coronent. Sunt haec tria responsionis praecepta expressa in subiecta

orasi.

Respon: Quid ad tam liberalis affectus tui in me benevo:
sio lentiam respondeam N.N. nisi illo Poetæ responso fa:
teg habeo.

Si qua fuit nostris rarae laudis debita rebus,
Maxima tu nostrae portio laudis eras.

Ita in mei encomia facundia tua excurrit, vt ea
inte pulcherrimis virtutum fatis descripta legam.
Ita lucis decora, splendores ornamenta, in me tua
eloquentia congessit, vt ea omnia a tuis virtutum in:
signibus, in me transfusa non dubius sentiam. Quidquid
demum laudis, seu ab astrorum Principe seu a gemma
eleganti, seu ab illustri domus splendore mutua:
tamen vsurpasti, metaphora fuit pulcherrima: cu:
ius ingeniosa arte haec omnia in mei commendatio:
nem a te transtulisti. Quare gaude ipse N.N. tal ex:
cellenti virtutum decore quibus eloquentissima tua be:
neuolentia me hodie cumulauit. Fateor neq eru:
besco gratissimas mihi laudes obtigisse, sed ides mon:
strant quia quae dicto de me retulisti ego fatis
inte expressa video. Caeterum faueant boni su:
peri vt quo boni publici studio, qua consiliorum
facilitate proditum me esse iussisti, ea ego
omnia a votis tuis obtineam, et obtentis ad commu:

ne nostri

ne nostri confessus ornamentum utar.

PRAXIS

Quoniam vero contingere solet ut salutationes non semper laudem contineant, sed plurima sui parte sunt officiosæ, ideo etiam responsorias salutationes alias esse oportebit, quam supra dicta praecepta docuerunt, et officiosas igitur et amoris affectibus plenas salutes officiose et familiariter oportet respondere. Hæ tamen et si modo certis careant legibus tamen sequentes quas servare satis erit ad officiosam responsionem exprimendam.

Prima est Ut exordii loco dicamus nos non meritos esse tantæ ipsius benevolentiæ, quantam amica eius praeferebat salutatio.

Secunda est Ut dicamus humanitatis ipsius fuisse eam magnitudinem qua se nullo modo a benevola potius continere valuit.

Tertia est Ut optemus occasionem reserviendi et obsequia nostra ei vicissim deferendi.

Quarta Per Rhetoricam Precationum invocationes ut incolumem diu servent (aut si aliquo publico consessu salutatio dicta est) aut aliud negotium aggredientibus auspicato consilio adsint. Expressi has quatuor leges sequenti oratiunculâ.

in qua si quis responderet ad salutationem sibi ante publicum aliquem conventum dicta, aut aliqua occasione si ultima pars aliquantum immutetur.

Responsio. Non merebatur id tenuitas mea, praesentis ut tam benevola salutis tuae experiar officia. Humanitatis tuae ea fuit magnitudo, quae se nullo modo continere potuit, quin ex animi latebris eluctata, meam praesentiam tuis semper numinibus devotissimam amplissimae salutis laudanda recrearet. Utinam vero pari affectuum obsequio tuo honori et commodo me ubique liceat impendere, videres certe non dubio eventu tam me ubique esse nominis tui observantem, quam nunc meae salutis tuaeque fuisti studiosus. Faveat tamen Numen Dei O.M. ut sicut mutuae benevolentiae nos studiis coniunxit, ita publici boni amore nos fiat coniunctissimos, quo praesentia consiliorum negotia olim publicae utilitatis ratione definiamus.

QVÆSTIO II.

Quanam sint servanda in salutatione Magnatum

Praeter traditas superiore quaestione nulla specialia praecepta praesenti solent pro Magnatum salutatione

lutatione generalia enim sunt quae omnis conditionis personis salutandis sunt adinuenta ab authoribus et passim a Rhetoribus nostrae Societatis allegata senioris et Typis. Addo tamen cum recentioribus quae impresserunt sequentia.

Primo Ut loco affectum beneuolentiae amicitiae quarum ceteroq̄ sunt officiosae salutationes, alii requirentiae honoris et Laudum affectus substituant. Illa vero tria minuta [illegible] pro senioribus proo:mnibus salutationibus ... Sic etiam mutari et imminui aut augeri pro temporis, personae, et rerum rationibus.

Secundus Ut potissima salutationis pars laudatione constet.

Tertio Ne laudatio sit obuia et omnibus apta sed e re et circumstantiis tunc occurrentibus aduecta.

Quartus Conclusio constat apprecatione, et obsequiorum nostrorum delatione. Subiicio praxim quam parauerat pro Illmo Principe et Episcopo Varmiensi salutando si initio anni praesentis literarii, quo secundum Athenaei Brunsbergensis Studium inchoepit, Brunsbergam ut sperabat venisset.

Salutaõ Eppi.

Praxis

Emitte venerabundas sacrae praesentiae tuae literas quas debitae venerationis obsequia, tuae inclinat dignitatis celsitudo Princeps et Praesul Illustrissime. Gestiunt Athenae nostrae tuis supplices aduolui plan-

tis quos tu Sumi iacentes dextra consilioq tuo
ad alta literarii pacis otia nuper erexisti. Iacebant
Martio pene sepulti pulvere, dum tu examines ad
vitam revocasti et longis bellorum procellis defunctas
item ad grata pacis spiritu magno pectoris tui con-
silio animasti. Vidimus tunc verius quam fabulo-
sa olim videbat antiquitas secundo nasci partu Mi-
nervam dum tuo parta est ingenio et renata labore vita
et pax literaria. Semel enim fabulantur Poëtae de Iovis
cerebro natam Palladem fuisse, de tuo saepe renascitur.
Vive igitur, Secundâ semper fortuna Princeps et Prae-
sul Illme, vive perpetua virtutis et gloriae comite feli-
citate, vive in perennem seris posteritatis memoriam,
Semper literarum Mecoenas celebrande, vive in sae-
cutura Secula, famae gloriâ immortalis, et nostro
quod ingredimur secundo saeculo, secundo semper
adesto benigno animi favore.

2da

PRAXIS

Pertinebat ad fortunae Athenaei nostri auspicia, ut dum
alterum natalis eius saeculum exordiremur, tu exordien-
tibus bene precaturis auspicata adventus tui praesentia Princeps
et Praesul Illustrissime adesses. Haeret nimirum sacro lateri tuo
perpetua felicitas ut quocunque te celsa tua tulerint con-
silia, semper eundem ambiat comes lateris faustitas; neque
modo virtutis tuae impleat vestigia verum etiam aliorum
vota divite accumulet fortunâ. Scilicet cum vir-
tutis

tutis tuæ et eximiæ eruditionis prærogativas agnosci:
mus atq venerari, quam Atheniensium Procerum Prin:
ceps et Sol Solon, magnis virtute et literis viris qui
publico bono nati essent, olim tribuebant: dicere ni:
mirum hic Sapientum Græcorum facile primus sole:
bat: virtuti et literis perpetuo iure in obsequia
addictam esse felicitatem, non modo ad eorum vi:
tam beandam, quorum mentibus insedissent, sed
etiam ad aliorum sortem, magna felicitate do:
nandam, quibus eiusmodi viri virtute et literis
illustres suam concederent præsentiam. Assensit So:
loni Romanæ Sapientiæ dea cultus Seneca docens,
qui non minorem felicitatis populis imperandis
materiem tribuit provinciarum Magnatibus
quam maxime illi coelestium luminum Phoebo Princi:
pi, ut enim hic nunquam universo suam invehit præ:
sentiam, quam simul subiectos populos gratissimæ
lucis aspectu recreet, ita in publico non effulgent
magna Reipu: sydera (quæ scilicet virtutum splendori
doctrinæ lucem socient) quin etiam commissos sibi popu:
los magnæ beatitatis sensu exhilarent. Fortunatum
igitur hodie merito omnium alterum Athendi nostri Se:
culum, quod tu auspicato tuo adventu vere faustum
secundas. An enim certe felicitatis anguilla Secu:
lo nostro capessere ab eo non liceat, qui nominis vir:
tutis et literarum fama superiora suorum Antecess:
sorum tempora adæquat, sequentia vero immortali

factorum gloria impleuit. An ego illo Athenis nostris fausta omnia ominari non possim, qui olim quodam et toto orbe celeberrimum est eruditionis omnis Athenaeum. Ominamur certe nec dubio votorum euentu nos ominari confidimus: futura eiusmodi secundi saeculi nostri sub tuis auspiciis tempora, quae auream illam veteris felicitatis faciem nobis sunt restauratura. Erit illud erit secundum Athenaei nostri te Maecenate diu que.

Non tuba directi non aeris cornua flexi
Non galeae non ensis erit sine militis vsu
Mollia securae traducent otia gentis.

QVAESTIO IIII

Quid Obseruandum sit in Orationibus Gratulatoriis

Multiplices et variae sunt orationes gratulatoriae pro varietate rerum quas gratulamur, et personarum diuersitate quibus gratulamur. Aliae sunt quibus natam prolem Parentibus gratulantur patroni, consanguinei, caeteriq amici. Aliae sunt quibus natalem diem Magnatibus. Maecenatibus, Parentibus, Amicis &c. gratulamur. Aliae sunt quibus dignitatem seu officium aliquod, aliae quibus felicis noui anni exordium apprecamur.

§ Imus

Quomodo componenda Oratio natalis diei

Præter artificium Syllogisticum, Enthymematis etc: et alios communes modos componendæ orationis hactenus dictatos, hæc sunt observanda.

Primo Explicatio lætitiæ de incolumitate ejus cui gratulamur. 2do Laudatio si sit vir dignitate et familiâ Illustris, vel amicitiæ vel benevolentiæ attestatio si sit familiaris ad amicum gratulatio. 3tio Causæ laudis seu benevolentiæ. 4to Apprecatio. Quod autem superius dixi iterum hic moneo non esse necessarium ut hæc puncta ordine recensito exprimantur aut o: mnia semper. Satis est si aliqua et sparsim prout subjicit materia, persona, tempus cæteræque circumstan: tiæ exigunt, lætitiæ tamen aliquæ ut plurimum orationis ingressum occupant, vel finem ubi solent aliquando in: termisceri apprecationi.

PRAXIS

Gratulatio Casimiri

Gratulatur cuipiam natalem diem ecclesiasticâ dignita: te et eximia eruditione conspicuo cuius natalis dies pro Festo B. Casimiri recurrit ita v.g. posses perorare.

Magni nominis hodie natalem agimus Perillustris ac Adm. Rde Dne magni inquam nominis quia

Principis Iagellonici, Lechici Solis, Regii sanguinis verbo Divi Casimiri natales recolimus Ferias, Domine, ad te magna felicitatis huius pars, et quantum magnitudinis animum acceperis, communicata tibi sedes Fanni nominis magnitudo luculenter declarat. Si enim teste Romano Principe Encomiasta Plinio grandia nomina sunt indices magnarum mentium et quibus Dij celsa coelitibusque cognata nomina imposuerunt, eos ad sublimium virtutum decora natos esse testantur: tanto certe celsioris animi te esse oportet quanto sublimiora Magni Principis Divi Casimiri hereditarii nomina. Ecquid enim simile certe sub Iagelonici sanguinis fastigio latere potest, an mediocres virtutes usque sub absolutae sanctitatis teste nomine delitescere possunt, an sub Casimiri titulo aliud quidquam quam morum et Casimiro dignum inveniri potest? Geris profecto parem tuis moribus titulum, gerens ingenua in magno pectore maximi mensuram nominis, et illibatae castimonia floridum nomen incorrupta morum integritate exprimis. Vive igitur, florici nominis dignissime haeres, vive veneratione virtutum apparatu cultissimus, vive et flore Oratoris politici amoenissimi sede, vive omni Divi Casimiri aemulator.

§ II.

Proponitur 2dus modus componendi orationem Gratulatoriam Diei Natalis

Quoniam primum boni Oratoris munus est, invenire
aptum argumentandi genus, ideo potissimus quoque et prin-
ceps orationis decor est qui ab ingeniosa inventione
proficiscatur. Licet vero hic in omni materia locum
et campum habeat, cum tamen maxime in oratione-
bus demonstrativi generis. Quare curandum est Ora-
tori, ut in similibus orationibus non semper communem et
omnibus tritam arripiat materiam, sed talem quae tempo-
ri personae caeterisque circumstantiis propria sit et sicut
artis oratoriae Magistri loquuntur, de rei visceribus sit nata.
Quoniam autem communes talium inventionum
fontes sint, non est huius loci agere, ostendam tantum hic
particulares quosdam qui praesenti materiae deservi-
unt.

Primus est ex nomine petitus quando nimirum
tota orationis inventio est circa nomen quod in natalis diei re-
cursu gratulamur. Fit hoc si dignitatem eiusmodi nominis
extendamus, quia scilicet Regibus Principibus virisque
illustribus usitatum. 2do, Quod index et testis sit virtu-
tis et magni animi. 3tio Quod tanto nomini factis re-
spondeat ille qui eius baiulus est et iuxta hunc modum
Primum superior praxis est composita si diligentius ad hu-
ius nostras leges examinemus. E.

2dus Modus sive fons est quando totum dicendi argu-
mentum eruitur partim ex nominis consideratione, partim ex sancti
particularibus quibusdam factis et ex utroque deinde gra-
tulatoria constituitur, talem tamen dicendi materiam eruere
oportet, quae praesenti cui gratulamur personae conveniat,

vel ad eam extollendam cui sonoris vel sanguine sit clara, vel ad suam testandam benevolentiam, si ipsi sit familiaris vel amicitiae vinculo coniunctus. Subiicio huiusmodi praxim quam aliquando scripserat Professor quidam huius Poëticus pro Festo D. Ioannis Baptistae. Potest haec gratulatio applicari etiam aliis hoc nomine insignitis dummodo pauca in fine mutentur.

Gratulatio Ioannis. **PRAXIS**

Ea est gratiosa Augusti nominis Cuius Tui Tutelaris amplitudo, et amplissima gratia, ut non modo Paternae linguae silentium, in disertissima olim solverit oracula: verum etiam infantilem linguae nostrae muditatem in facundos facundiae gaudii affectus erudiat, gratiosum scilicet D. Tutelaris tui Nomen, ne personatos duntaxat gratiae titulos se ostentare ostendat e nominis sui dulcedine gratis aliis quoque gratias impertiit. Merito iam non modo gratia plena verum et vox Ioannes dicendus qui et Parenti solutam restituit vocem, et in deserto disertissimum verbi Oratorem se probavit. Vox scilicet in deserto sed non indiserta, digna incorporati verbi Encomiasta Ioanne qui in Materno adhuc utero, velut e suggestu quopiam, iam gestiens motu in praesentis Numinis encomia erupit dum voce nec dum posset, quanto affectuum ductorum impetu deificum pectora[?] se crederentur, qui exordia sua tanto motu ex abrupto inchoavit. Triumphasse profecto in ligata oratione dicendus quod ligato utero iam triumphare ac tripudiare videretur.

Faunus sine infans, sine loquela eloquens, dum ligatam ad huc in utero haberet vocem, iam de ligata triumphabat. Felicem te igitur beatumque hodie qui dignissimus nominis tanti. et vetustis hodie, melius primum ligatae facultatis institutor agis. Ligatam Patris solvendo vocem, disertum eundem fecit D. Tutelaris tui, dum disertos alios facis ligatam ... Porro quocirca ... hoc D. Tui Mecoenatis ... in longam annorum et virtutis senem, ut dum meritis ac ... plenus, seris mortalitatis vincula solveris, beatae immortalitati ingerit.

§ III.

Alii modi proponuntur orationem Gratulatoriam natalis diei componendi.

Tertius modus est ex occasione alicuius eruditionis vel sententiae de natali die. Dixi de natali die, nam ... eruditio vel sententia aliis magis competens, e remoto videbitur adducta, et quod violentia quadam debebit in rem nostram trahi. Porro eruditio eiusmodi ita tractari possit. ut 1mo ipsa ponatur citando eius authorem vel omittendo, prout magis e re videbitur. 2do Aliqua eius ratio subnectatur, vel amplificatio. 3tio Applicetur eruditio vel sententia ad personam cui gratulamur. 4to Applicationis ratio et huius brevior vel longior afferatur.

confirmatio pro libitu Oratoris et exigentia circumstan:
tiarum. 3tio Aggregatio ex occasione eruditionis vel alium:
deducatur.

PRAXIS I.

Gratulatio Natalium.

Thales è Sapientum numero secundus, cum interro:
garetur quis dies Athenis obtigisset felicissimus, re:
spondisse fertur, qui Soloni fuisset natalis. Exi:sti:
mabat nimirum vir sapientissimus optimus, Athe
niensium felicitatem et literarum Atheniensium glori:
am sub Solonis gubernaculo effulsisse. Illustre enim
literarum sydus, et Atheniensium Sol erat Solon vir
sicuti Athenarum studiosissimus, ita literarum studio
promovendarum flagrantissimus, ut non immerito
ad eius natalem maximam felicitatis partem retulerit
Thales. Ausim et ego hodie Sapientissimo viro Athenis:
i nostri secunda secula auspicantissimo tuo Brunopoli:
tani Collegii gubernaculo adscribere, ausim utique
aureas literariae palestrae tempora sua attribuere feli:
citati, vel potius nostram fortunam a tuo felicissimo
regimine derivare. Non enim vano quodam fato ac:
cidisse existimo ut sub tui gubernaculi auspiciis
et primum feliciter transiveret seculum, et alterum fe:
cundo passu ingrederetur. Ea nimirum est virtutis tuae
amplitudo quae duo potuit comprehendere secula
alterum terminando, inchoando alterum. Fuerit igi:
tur Solonis dies natalis, Athenis fortunatissimo

quia literis Athenienses sub eius regimine floruerunt, nobis certè non potest esse non fortunatissimus natalis D. Fortunati dies, cum te Athenarum nostrarum Moderatore, non modo literis nostris primaevo floreant vigore, verum etiam aurea contineant saecula felicitate. Viue igitur literariis nostris Regni: maxima felicitatis pars, viue aurea tempora, nosque paterno semper foue affectu.

2da In eadem materia

PRAXIS

Benè Romanus Sapiens dixit lumina literarum virique bonis artibus florentis nati nunquam emori posse; ita enim viuunt vt semper natalem diem agere videantur; Nam cum vitam suam aliorum commodis totam consumserunt, toties nouam auspicantur vitam, quoties alios literis ac eruditione animant. Facis id tu dum Regni: nostram literariam ita paterno tuo spiritu vegetas, et vigili gubernas sollicitudine, vt toties renasci videaris, quoties vitam tua vital Athenis nostris inspiras. Ita Phoebus vniuersi oculus dum terras praesentia sua collustrat: rebusque vniuersis optata dispensat lumina, ipse vitam quodammodo restaurat suam, et alios illuminando propria sua coruscat luce. Hinc non ineleganter Tragoedus diem magni Syderis natalem sibi dixit. Quanto igitur gaudio Athenaeum nostrum exultet hodie inde

colligere facile potes, quod si communes vitæ suboles Athenis nostri lucis vitam inspirant, multo iucundiorem amœnioremque nobis tribuat, qui tuus est natalis. Tanto enim plus lætitiæ lucisque nobis afferat est necesse quanto ipse excellentius vivendi tibi exinit exordium. Vive igitur tot vitæ annis cumulatus, quot sub tuo auspicatissimo Collegii Brunopolitani gubernaculo pietatis et doctrinæ vitam sanximus. Vive nostris accumulatis annis; vive nostra vegetus incolumitate, et quibus natalis tuus magnam lætandi extitit argumentum, ab iisdem longæva sume vitæ incrementa.

Quartus Modus est quando gratulatio non sumitur ex occasione natalis diei aut D. Tutelaris vel nominis sed ex aliqua circumstantia personæ vel certe alicuius alterius rei. Fieret hoc si v.g. alicui natalem diem gratularetis qui eisdem studiis tecum operam dat, et ex hac circumstantia occasionem sumeres discursus alicuius instituendi ex quo postea descenderes ad ipsam gratulationem. Porro per hoc modo qui non inelegans esse solet si rite pro rebus et personis discursus instituatur.

Notandum est secundo ut circumstantia illa personæ nostræ, aut alterius cui fit gratulatio, vel cuiuspiam alius rei reducatur ad thesim universalem aliquo modo

possit.

pontum ut loquis; vero cui deinde Hyppotyposis subiungat, et sane subsequat gratulatio. E causa si quis alicui magnis natalibus orto, cum quo literis ijsdem incumbit, gratulatur, deberet sane circumstantiam particularem reducere ad sane thesim seu propositionem. Magna est felicitas literis operam dare, sub eorum quasi auspicijs qui sanguine sunt illustres.

Notandum 2do est ut sic discursus sit per modum causae quae nos ad gratulandum impulerit. Notandum 3tio posse illam thesim tractari aliqua specie argumenti, ut vero respondeat, doctrinae exemplum sit.

PRAXIS

3tia Natalium Gratulatio

Magnum est literas didicisse sub Principibus suis socius A. S. Habet enim nescio quid augusti illustrium Heroum praesentia ut sui consuetudine etiam caeteris dignitatem quandam addant. Quemadmodum enim auri Maiestas illustrior coruscat, a splendentis gemmis dij nitore ita literarum pretium pretiosius evadit, quando Principum potuit placuisse animis. Felices quocirca eos quibus inter quotidiana Magni cuiusquam Herois exempla in palaestra literaria delectare contigit. Non enim non possunt magnis auspicijs ad literarum studia incubere, ij quos Heroica ad diligentiam exstimulant exempla. Nobis quoniam sors ingens obtigit felicitas ut sub tuo enim Deum et quotiens ad doctrinae metas contenderemus, non possumus non prono affectu tantam fortunam nostram venerari, maxime eo tempore quo

D. Ioannis Baptistae tui dies animo revolutus cur-
ctus. Nam etsi cadens totiq anni temporibus nos in tui
venerationem semper assurgere deceat, tum potissimum
tamen eo die, honori tuo venerabundos nos adesse opor-
tet, quo tu D. nominis tui insignia annua recolis
memoria. Is enim dies est qui D. Tuo Praecursori sa-
cer habetur, is inquam dies est, qui sicut te Illmo
sortis tuae communem fecit ita nos debitae gratulatio-
nis iubet esse memores, ut sicut tu ob celsissi-
mi nominis et avitii stemmatis dignitatem
caeteris omnibus emines, ita nos te prae reliquis o-
mnibus colamus impensius. Salve igitur Maximum
Athenaeum nostrarum decus Princeps Illustrissi-
me salve literarum pretiosa gemma Palladis no-
strae Princeps Ecclesiae Brunopolitanae. Ia-
ctent suam felicitatem orbis universi Athenae,
qui Romani Faventis Principis monumenta his
versant manibus et divinis nominibus colunt
studiis nobis non minus fortunatis esse licet dum
te Brunopolitanae Faventis Principem, quondam ra-
ra usurpamus consuetudine. Sentient modo be-
nigni Superi tui Illustrissimae Celsitudinis Athe-
nis nostris superstitem, sentient magnam orbis
Poloni spem et expectationem, sentient verum In-
clyti Ostrogensium et Zaslaviensium Ducum
domus Heroem et Decorem immortali poste-
rorum memoria celebrandum.

§ Quantus

§ IV.

Utrum speciale quid praeter superiora praecepta observandum sit in natalis diei Gratulationibus quae dicuntur ad personas &c.

R. Si tradita praecepta bene servaverint, et similiter nihil amplius requiri ad gratulationem Magnatum v[el] Principum. Illud tamen moneo, ut tale dicendi argumentum assumat, quod non modo in laudem ipsorum cedat, sed etiam eorum personis sit proprium, neque in commune cuiuscunque encomium possit traduci. Si Principi alicui gratulatur Natalem diem, seu circa ipsius personam, seu circa alias circumstantias temporis, loci etc. quod genuina et accommodata esset soli Principi. Subiicio praxim dictam Illmo Duci a Zaslaw Constantino hoc discursu per Enthymema expresso. Principum natalis est dies publicae Felicitatis.

PRAXIS

4ta ejusdem materiae

Plinius Caesarum Panegyristes. Principum natalem dicebat esse diem publicae Felicitatis P. T. Quemadmodum enim universi oculus astrorumque decor sol diem toti orbi aperit, ita Heroum natalis publico populisque beata universi tempora, et quod aut minores inter ignes in coelo spectabant hoc in terris inter minora hominum sydera fuerunt Principes, dum beneficio suo lucis, diem publicae felicitatis sustineant, coeterosque ad illustres virtutum

ausus accendunt. Hinc Romanus Orator beatum illu-
seculum iudicabat quem quispiam fortunâ eximiè
illuminaret, literis eruditus erudiret, virtute illu-
stris ad praeclara facta aemulanda exstimularet. Fieri
enim debat, vt ceu sub Numinis cuiuspiam auspi-
ciis publica floreret felicitas. Contigit nobis haec fe-
licitas N.N. dum Illustrissimi ortu tuo natalem diem ho-
stium et vniuersi literarij Heroum: Hodie merito vene-
ramur, quid enim publico lucis dies te edidit et ma-
gnum Lechis iubar protulit, an non nostrum etiam li-
terarium caelum tua collustrat luce, et illustrissimi no-
minis tui splendore illuminat? Feliciorem lucem (au-
sim dicere) Mnemosyne nostra Brunopolitana a tuo
natali consequuta, quam olim consecuta fuerit a fabu-
loso quopiam Numinis partu. Ab illo enim ita
in lucem prodijt vt fabularum tenebris sit exstin-
cta. A te vero tantum lucis gloriaeque, vt seram vsque
memoriam merito se iactare poterit, cui se tam for-
tunatum secundum literarium sedulo seculum,
vt a Principe Ostrogenensi et Zaslaviensi
sole, felicitate suam fuerit auspicatum. Viue i-
gitur Reipu: literariae nostrae sydus illustrissi-
mum, viue secundi saeculi nostri Sol auspicatis-
sime, viue aureorum temporum gemma ornatissima.
Dixi.

QVÆSTIO I.V.

DE

De Gratulatoriis dignitatibusq. &c.

Quæ superiore Capite tradidi de salutationibus possunt omnia in eã sententiam quæstionis accommodari, postquam quod laudatio illi debeat ut plurimum duci è meritis, a quibus dignitatem consecutus est is cui gratulamur. Solet etiam interdum magna pars huius orationis constare explicatione excellentiæ et testimoniis et utilitatis publicæ in obtenta dignitate repertæ. Caeterum explicatio gaudii præmitti solita et applicatio vicem conclusionis obtinens non differunt ab iis quæ dicta sunt hac super re in salutationibus. Consuetudinis nostræ causa subiicio praxim quandam postea sequentur particulares modi aliquot gratulandi dignitatem.

PRAXIS

Antequam ipsam praxim diutem suppono potissimam partem gratulatoriis orationis debere in summi laudatione personæ ad quam dirigitur gratulatio. Quoniam verò semper fundamentum aliquot praeiicere oportet, quod materiam suppeditet particularis encomii hinc curandum est ut competens quispiam discursus generalis instituatur, è quo seu fonte singularis emanet laudatio.

Habet hoc virtus litteris coniuncta, ut cum pulchérri:

mum quoddam astrorum par, bina quaepiam coe:
li astra, suam lucem probatis dispertiant. Hinc Magi:
stra sapientiae Aegyptus doctissima, dum coniunctas
literis virtutis lumina adumbrare vellet, Prin
ceps illud sydereum par, nocturnum diurnumque a:
strum effigiavit addito lemmate: Non sine sole Luna.
Edocere scilicet nos voluit doctissima literarum institu:
trix vetustas, quantum possint literae si suavi
virtute aucupent lucem, quantumque inopes sint lu:
cis si recti honestique destituant ornamento. Quantum
scilicet valet ipsa astrorum syderea regina, dum solis
benigno fovet aspectu, tantum potest studiorum exim:
a claritudo, si vim roburque sumat a virtutis societate.
Extinguitur orbi dies coeli oculo, dum noctis imago
succedit, iacetque aliis sepultus umbris nisi
absenti soli praesens luna lucem reddat. Facit hoc
virtutis pulchritudo, sive praesens animos nostros
regat, sive procul ab hominum exulet consortio
ut si absens sit Cymerias tenebras humanis inve:
hat animis, si actio absens serenam diem praesentia
sua afferat. quod si vero universa virtutis species
ex animis nostris evanuerit, neque vera literarum,
luce affulserit, obtenebrescere rectae rationis lu
men est necesse, et alta nocturna caligine sepulta a:
nimi (ut quondam doctissimus dicebat Seneca)
ad ipsas brutorum animantium redigi tenebras.
Felicem ergo illum quem nobile literarum et virtutis
decus illuminat! Fortunatum illum qui bini

hisce

hisce sed magnis passibus ad honorum culmina pro:
greditur. Lampadem lucentem et accensam olim dixerat
virum probum et doctum magnus Romanorum Orator, et:
quoniam coelum pulcherrima luce conspicuum e
coelo ipso totam splendidiorem eam mentem appellandam
quam literarum et virtutis lux irradiat. Ausim id
merito affirmare magni Sibi et Sapientis Salomonis
documentis instructus, qui nullos alios soles regno vole-
bat affulgere quam virtute et doctrina splendidissimos,
Futurum enim aiebat, ut si lucerent literis, semper
quoque suppeteret consiliorum maturitas, abunda:
ret prudentiae facultas, si vero etiam virtute ex aequo
colerentur, nullus foret vitiis locus, nulla daretur male fa:
ciendi ansa. Atque hinc existimo factum est apud victri:
cem orbis gentem Romanam, ut in publicorum hono:
rum distributione, potissimam virtutis et literarum ratio-
nem semper haberent, candido illis suffragans calculus,
sic petitus se ornaret virtutis commendatio. Publi:
cis vero muniis excludens illos quos teste Magno Va:
lerio destituebat probitatis fama. Quam haberem
sociatam eximie eruditioni virtutis intellexi, cui
quanta Suae societatis lux in publicum emanavit
dissemini. Tanta nimirum fuit pulcherrimae coniun:
ctionis Suae in te fulgor, ut etiam Serenissimi
Regis oculos in sui spectaculum traxerit, et ita
quidem traxerit ut dignissimum te censeret qui
in sublimiori sacri Canonicorum Vilnensium ordinis
fastigio publicum serenaret. Quemadmodum nemini

coelestes illis flammulis, hoc illustriores videntur,
quo celsiori collucent loco, ita dignitatis sublimi
coniuncta literis vita tua magis nobis apparuit,
postquam digniori reposita est sede. Ita quoque gran-
des Machinas celsa turrium culmina, editi montium
apices, hoc magis intuentium oculos rapiunt, quo
magis esse efferunt. Efferri igitur in sublime virtu-
tes tuas et praestantes optimis decora oportuit ut
eximias (qua pollent) lucem in plurimorum emolu-
mentum dispensarent. Effertur inquam ad celsa Per-
illustris Vilnensis Ecclesiae Procerum subsellia
unitam humanis Diuinisque literis lectissimam tuam
virtutem conveniebat, non quidem quod satis pu-
blicae lucis non haberet (nunquam enim etiam in
privato latere possunt viri literati quibus clara
latere clara semper effulget virtus) sed ut altius e-
recta pluribus prodesset. Etsi enim hactenus ma-
gno multorum emolumento semper vixeris cum Po-
litici Oratoris cultissima doctissimaque institutione
Lechicam Palladem a nullo ante hac orbi Polono
datam genuinis domesticis facundiae lineamen-
tis ita adumbrasti, ut si vellem Minerua in publi-
cum proditura esset, e tuo illo non minus facun-
do quam foecundo politici Oratoris partu non va-
ne iam crederem prodituram. Etsi utique uti
clara tua merita iam hactenus ad plurimos
sese extenderunt, et quod gratiae incrementis

tuis accedit decq et ornamentu. Magnu illud bis
bong Virum Henricum et Heroes Alexand qui vicarie
Parentis curâ institutione sit complexq. ille tantus sanè
dignitatis Sedes meritorum tuorum suffragio tibi collata
Efficit, vt qui beneficiorum tuorum multitudine Regni Prin:
cipum amplitudinem implere poteras, modo ad subli:
mig latiorq bene faciendi Theatrum erecta multo plura
adhuc maioraq nobis pollicearis. Ausim ego merito
hic vsurpare id Alphonsum Arragonum Regis magi:
nificum honorato virtutis encomium; quod ille viro cui:
piam non minus ab eruditione quam vitâ probitate
illustri tradit, Regio addixisse testimonio. Solem ille
orientem, atq à primis obscuris lucis incunabulis ad
meridianam vsq diem crescentem effigiaverat addito:
gro lemmate. Quò sublimior tanto prodest ma:
gis. Minima Societatis nostræ familia vt since:
rum tuum probares affectum, eius perenne quoddam ha:
tueris monumentum magnificam non minus opere quam
tua liberalitate ædem erexisti. Taceo insignem
selectis libris instructam Bibliothecam quam Grodnen:
si Societati donasti. Legemq in ea toties liberalita:
tis tuæ in nos argumenta quoties eximia illa Su:
mmæ diuinæ eruditionis opera euoluemq. Venerabi:
mur in singulis munifici Mæcenatis exarata nomina
a quibus plus lucis sunt habitura, quam olim acce:
perunt dum in lucem ederent. Quoties vero seu no:
stræ seu publicæ vtilitatis emolumento ea vsurpabi:
mus toties tuo honori atq immortali æternæ superius no:
mini perennia eriguemq meritorum trophæa. vt tuis

semper redeant manibus munera, quae nobis inseruisti. Ea nimirum est benefactorum indoles, ut cum ad alienas transierint manus, ad Maecenatis sinum maiori redeant foenore. Eorum tamen duntaxat munerum hic genius atque felicitas est, quae nulla sui mutuaeque utilitatis spe erogantur, quae omne ab animo trahunt pretium et partim ex litibus sibi vendicant dignitatem. Cuius ingenii cum tua liberalissima in nos extiterint merita, illud quoque tibi sollicito merito potes ut inter astra reponendum, quod immortalem nominis famaeque tuae venerationem non dubites quod tuo pauperum reposuisti seno. Alta scilicet T. C. M. Illmi mente manet repositum, quod submisso humilique religiosarum mentium concredidit sinus. Sed ut iam orationis meae finem faciam, quam amplitudo sacrae tuae dignitatis et munificentissimae liberalitatis copia interdum meae imponit. Illud extremum gratulationi meae adiicio ut sicut praeclara tua virtutum decora literarum luce perillustria magno publici boni commodo, hodie ad sacrae dignitatis subsellia evexerunt, ita evecta maioribus in dies augeant commodis honoribusque aucta constantis fortunae atque perpetuae felicitatis obsequio foveant, donec tandem eum attingant dignitatis apicem, quem tu votorum omnium metam atque scopum designasti. Dixi.

QVAESTIO V.

De altris modis gratulandi dignit.

Praeter superiores modos gratulatoriae orationis, hactenus à me traditos adiicio sequentes.

MODUS Imus

Quando initio orationis expenditur aliquid particulare, cum persona cui gratulamur connexum, vel cum tempore praesenti quo dignitatem obtinuit, vel praeterito quo eam meritus est, vel loco, ubi honorem nunc occupavit aut in eo occupando utiliter pro bono publico laboravit, ex quibus materiem laudationis et gratulationis capessamus. Fertile hoc inventionis argumentum est, neque ullus nisi omnis ingenii expers hac inopiâ laborare potest. 2do Reducenda est ad thesim seu universalem discursum, illa particularis inventio ut amplior eloquentiae campus pateat. In particularibus enim propositionibus adstrictum est dicendi genus. Porro illa reducenda est ad thesim singularis propositionis, ut saepius revertamur ad particularem personae laudem, vel si interrumpere inchoatum discursum nolimus saltem finita thesi hypotyposim texemus. 3tio Curandum est ut illa particularem materiam ad gentilitium eius insigne cui gratulamur traducamus. Si minimum id materia patiatur, ita tamen traducenda est, ut maneamus in assumpta nostra propositione et quodammodo stemmatis gentiliam cum re nostra consuat. 4to Applicatio instituenda est

vel communis v ex Comiso seu particulari seu universali discursu deducta

MODVS II.

Quando assumimus aliquod Hieroglyphicum v Symbolum vel eruditionem talis quae constet ex facto vel dicto apto ad praebendum gratulationis materiam. Porro ita tractanda est eruditio v Hieroglyphicum ut singulae partes (si plures sint) deorsum assumantur, ex iis diversa puncta gratulationis eliciantur. 1mo ergo referenda est ipsa eruditio v Hieroglyphicum. Sequitur 2do singulas eius partes exponendo et congruis confirmationibus exaggerando. 3tio Applicatio singulis partibus diversa subiungenda. 4to post singulas applicationes vel plures transeundum ad conquestionem cui itemum Apodosis est subiungenda. 5to Concludendum est apprecatione quae quadruplex esse potest. 1ma Communis caeteris orationibus. 2da Respondens uni tantum parti eruditionis aut Symboli. 3tia Aliquot partibus respondens. 4ta Si longior esse debeat correspondens omnibus.

MODVS III.

Ex stemmate eius cui fit gratulatio. Quando proprietates circumstantiae gentilitii insignis expenduntur et quaelibet seorsim tractatur, qui:

bus etiam specialis subnectitur applicatio cedens in laudem eius cui gratulamur.

ADVERTE Imo posse has proprietates tractari dupliciter, potissimum aut sub Allegoria aut per Comparationem. Si allegorice tractantur applicatione opus non est, nisi brevi aliqua elucidatione ne continua Allegoria obscuritatem pariat. Si per comparationem tractetur, usurpanda erit applicatio, quod quidem tripliciter fieri potest. Imo si id quod dictum est in prima parte comparationis breviter traducatur ad personae laudem. 2do si applicatio ipsa rationibus aliunde vel sanctionibus stabiliat. 3tio si ex applicatione simul et similitudine vel ex alterutra parte varia sensa eliciantur, aut acumina accommodata personae laudandae.

ADVERTE IIdo posse etiam singulas proprietates ita tractari, ut quaelibet formam alicuius argumentationis exponat.

Exordium conclusio et cetera orationis supellex a caeteris orationibus non differt.

MODUS IV.

Est ex gentilitiis insignibus tractandus per communes partes Orationis. Considerandum igitur est stemma et ex hac consideratione propositio aliqua materiae praesenti accommoda elicienda, quae probet

pluribus aut paucioribus argumentis arte Rhe-
thorica dispositis. Reliquae vero orationis partes
à communi methodo non discrepant.

PRAXIS

Gratulaturus Academicam Vilnensis D. N.N. ita iu-
xta praecepta secundi modi posses decorare.

Bias Atticae sapientiae oraculum cum Athe-
niensium Reipu: instituendae et Athenis erudiendis
praeclaras quasdam sapientia et consilio plenas
leges consignasset hac sedfixa volumini noe:
epigraphe Volumen Atticae sapientiae, hoc laboris in
et praeclarae eruditionis monimentum à grata Pa-
tria consecutus est ut aere fusam statuam honori
et nomini eius dicatam in Atheniensis Lycei ingres-
su ei posuerint hoc statuae superposito encomio Ho-
nos institutori Graeciae. Dignum certe sapien-
tissimo viro et optime de Athenis merito elogium
dignum perennis eius gloriae laudibus trophaeum, quod
nulla unquam taceat aetas nulla posteriorum e-
petat memoria oblivionis verum ipsa semper
tangat et miretur immortalitas. Verum enim vero
quid in hoc eruditissimi vetustatis ... spectes lau-
dem mereri quid posteris non satis discernere
possim Praes. Academiae Rdo Dno N.N. Digna per-
enni encomio doctissimi Biantis eruditio quam

excolendis Graeciae expendit; dignus immortali memoriâ et aemulatione in Patriam, quo factum est, ut de se erudiendis et instituendis suis civibus tam operoso labore, et laborioso opere denuo meret. Dignum denique nec impar doctissimo volumini elogium, quod scilicet Principis pagina ipsius legendum subferebat Volumine Atticis sapientiae. At non minorem gratitudini suae laudem vendicant gratiam literarium Maecenatem Athenae quae doctissimi eruditionis opus aere statuae monimento contra ingratitudinem et temporum oblivionem muniverunt quae observantiae et venerationis suae in Braunae argumentum, terminis quidem tantum sed quae orbis (?) ... implerent beneficiis consignavit: Honor Instituto Graeciae Antiquitatis laudem sacrumque texuit ... P. D. N. N. tam quod inde tuae eximiae eruditioni atque ... virtuti cedat. Magno sacro Altis suffragio nobis hodie patuit cum te ad sacra Canonicorum ... subsellia erexit non humani favoris aurâ subnixum, non speciosis ramisque Maiorum nominibus fultum, non ardo votorum studio sed concordi numinis tuae atque literarum calculo. Si certè debebat, hic sacer honos, magnis literarum tuarum meritis quibus Lectiones Athenas ita illustrasti ut Patriam facundam ubi politici Oratoris instituatori confirmem in acceptiorem ...

rant. Debebatur inquam. Magno Sarmatiae Orato:
ri et Ecclesiastae qui quantum eloquentiae exhibeat
quantum virtutis in pectore contineat, quantae eru:
ditionis sacrae profundique sit complexus, non modo la:
cra edocent, ~~edita~~ edita testantur volumina, verum
etiam communis publicaque populorum fama, vnani:
mi profitetur consensu, quae te iudem sacro suae
quam ornarunt dignitati magnis votis destina:
uerat. Erexit itaque grata Gratia suo literario Me:
coenati aeternum gratitudinis perpetuae munimen:
tum, tuis meritis perenne honoris trophaeum, cel:
sissimo Regis iudicio positum est, dum videmus tua
ad Ecclesiasticae dignitatis insignia evecta, ceu il:
lustre quoddam astrum in orthodoxi poli augusta
Regia refulget. Honorem institutoris publicae erudita
vetustas appellauerat suam. Sic tuam stamus, ego
quibus nominibus collaudam tibi Sane sacrae huius
dignitatis quoque suffragio attributam operae pretium
esse non existimo. Illud in confesso est publica com:
munis iudicii voce testari, te iure meritoque institu:
torem eruditae huius dici a quo tantum decus et orna:
mentum parta est, vt e tuis laboribus primum in lucem
produisse videatur. Recte proinde tu volumen eruditae
eloquentiae cultissimum illud tuum opus appella:
ueris quam illi Attico . . . . huiusmodi in:
stitutionibus exarauerint. Eius si Tullianae eloquen:
tiae fontem

tis fontem dixero, aut ornatissimum oratoriis floribus hortum, vel instar auri Pactoli decurrentis fluvium, non ab re utique fecero si ea omnia quae recensitis conveniunt cultissimo tuo oratori abunde suppetere non difficulter ostendero. Flumini rapidissimo impetu decurrenti Divinam illam Tullii facundiam unanime Rhetorum iudicium comparat, quia sicuti illud effusissimo cursu fertur, grandes navigiorum machinas suo supportat et vehementi impetu alias naufragio involvit, alias littori appellit: ita vehemens illa Romani Oratoris vis, nullo verborum ambitu circumscripta, nec tamen aut copiâ turgens aut inopiâ deficiens, quosdam tam felici suae eloquentiae praesidio devexit, ut è praesentissimo naufragio ceu fractas eriperet tabulas, alios plenis secundae fortunae saturatis velis, in exitii Syrtes scopulosque impulerit. Non potest quoque non te Tulliarum Romanae facundiae flumen appellare, qui te aut pro sacris rostris verba facientem audierit aut in Oratore tuo politico legit disserentem. Rapis et dictionis gravitate, et divinâ quadam affectuum vi Auditorum animos, quoties ab aris magnus orator, aut ceu ipsum oraculum quoddam pro concione explanas, atque illos quidem quos decumani criminum fluctus multum iactant in alto è naufragio et mille scopulorum periculis eruis illos vero quos secundâ spirantis favoris aura, nimium indulgens blandientis fortunae gratiâ, a littore abductos per immensum procellosi huius orbis aequor abripit sacrae tuae eloquentiae auxiliari ope

vtrum litori meliori vestitutis. Vertant id facun:
dissimae tuae de Magnae Matris encomio Panegyres, qui:
bus ita in Deiparae laudes (Mariani Panegyristes
excurris, ut nemini non ad eius cultum accendas
aut è vitae lucrosioris ostentis ad fortunata idou:
cas vela. Quodsi vero amoenissimo Hor:
to et florum pulchritudini et odoris fragrantia et
fructuum vbertate pleno, tuam orationis Politici cul:
tissimam ideam poteris comparari. possunt enim et
magna paruis quandoque componi (sicut parua ma:
gnis conferre non insuetum est Oratoribus) illum cer:
tè Hortum esse floridissimum tuum Oratorem merito dixe:
ro quem vnus naturae indagator Plinius ita abun:
de efflorvisse refert, ut tam longè lateque suas odorum
diffuderint diuitias, ut distractas etiam magnis inter:
uallis terras impleuerit. Tanto vero fecunditatis Elyse:
um illud solum eodem autore erat, ut non minus
rigente quam calente coelo fecundo partu pul:
cherrima florum sydera proferret. Vanum hoc et
fidei omnis expers apud plurimos habet vacillabundis
vetustatis origine, ut pote quae etiam à fabulari
fide et ingeniorum commentis, suis rebus authorita:
tem adsciscere consueuit, quasi vndecunque speciosa
gloriae nomina colligere liceat, modo ad posteritatis
memoriam inter miracula transeant: Illud vero cultis:
simo tuo facundiae vernantis Horto attribuere se:
ra saeculorum elogia, quod causae Orationis tuae fla:
grantissima fama potuerit pertingere quae etiam
vastissima

vastissima impleret regna. Illius sinceriore laude
Suadae tuae adscribent, quod etiam sub frigido Amax:
ae sydere floridum Oratoris ingenium potuerit nasci
luculentis sane experientiae documento: non ea duntaxat
melioris indolis atque celsioris animi esse ingenia quae
inter torrentium syderum aestus prodeunt. Quod si de:
nique aureis undis manante Pactolo, Oratorium pabu:
lis auro ipso pretiosius permittis conferri, vendicas
huius quoque opulenta encomia, aureae tuae dicendi copiae. At:
que quidem aequam ille fabulosas aurati amnis opes
laudarunt, qui aurea tunc reditura, ubi saecula putarunt,
cum et Pactolo suos corruptae vetustatis naevos abluerent
mortales. Futurum hoc facilius crederem si Lechiae Iu:
ventus animos aureo tui Orationis fonte perlueret, quam sibi
ille fabulosae vetustatis Encomiastes persuaserit. Futurum
unquam non vano eventu crederem si Lechica iuventus au:
reum illud Tullianae eloquentiae aevum facile rediret, si:
quae tu typis evulgasti illis studiosae aemulationis labore exprime:
rent. Verum enim vero quo honore doctissimum hoc tuum
Lechiae Minervae volumen grata veneratur Patria, quo
perennis gratitudinis monumento tam eruditum Palla:
dis opus contra temporum et oblivionis iniurias munierit.
Agnoscit praeclara haec eruditionis tuae merita, arbitra
bene merentium Respublica, et quanti ea faciat illustri ho:
die edocuit testimonio dum te Sacro Perillustrium
Canonicorum Vilnensium senatui adiecit. Sit hoc igitur
statuae vice erectum Lechiae institutori trophaeum, sit hic
Suadae tuae potius honor dum Maioribus auctus incremen:
tis et celsioribus provectus fastigiis tantum te publico exe:
sat quantum tua exhibere si meretur virtus humanis Di:

uimisq literis sociata. Dixi.

CAPVT. IIII.

De Orationibus Funebribus & Nuptialibus

Frequens harum orationum vsus est sed potissimum in Polonia, ubi nullis clari viri funus aut nuptias absolvunt sine laudis Oratoris apparatu. Quantum temporis brevitas patietur agam de vtroq genere.

QVÆSTIO. I.

Quomodo Oratio Funebris componenda

Quinam sunt modi Orationem Funebrem componendi satis quilibet aduertere poterit ex iis quae hactenus tradidi tum in generalibus praeceptis componendi orationis superius dubitatas, tum in particularibus quae superiore capite dictavi. Quod attinet modos componendae orationis per Protasim et Apodosim, per Erudicionem per Syllogismum, Enthymema etc. siue dilemma; per Synonymi generis omnes hi deserviunt Orationi Funebri. Quod vero attinet particulares modos salutationum et gratulationum oportuit etiam fere omnes accommodari ad praesentis materiam exceptis aliquot punctis, nimirum explicationi ipsius quae salutationum et gratulationum exordia solent introducere, et apprecationibus quae vices Epilogi sibi vendicant. In vtriusq ergo locum aliud substitui debet

nimirum

nimius dolor ex morte defuncti conceptus in locum lau: dis in vicem aggratulationis, verò gratiarum actio ponenda est, si oratio funebris dicat, ex parte consanguineorum de: functi, quod nimium viuentes hospites sint dignati suâ presentia cohonestare funus demortui, cui insuper adiicere breuis inuitatio ad funebre epulum. Si vero di: cat Panegyris funebris ex parte hospitum, dolor simili: ter explicandus est super obitum defuncti, et loco ag: gratulationis salutationibus et gratulationibus consue: tis partim beneuolentia obsequia erga familiam de: functi declaranda sunt, partim per optationem pre: candi ut superstites diu viuant bonos publico donant et similibus amicorum fatis non affligant. Sub: iungo praxim iuxta modum declaratum.

PRAXIS

Dicturus in funere Illmi. Magni Ducis Sapiehæ ita exig stemmate hostes perorare.

Solenne Oratoribus est illustrium virorum preclara facino: ra magnaq. facta cum maximis quibusq. Orbis suis rebus comparare. Hinc Graius Orator Plinius Marcium Ducem gesta inuictis confert Leonibus, et supremus gloria Senatus Viros virtute et dignitate conspicuos Principi sydeum sibi exequat. Verum enim vero non absre me facturum existimo aut minus pro dignitate Illmi. Herois et Bellicosissimi Du: cis Sapiehæ dicturum, si immensam eius gloriam, Martia: lisque Magnorum ausuum facta nullis circumscriben: da temporum rerumq. limitibus exiguo vnius com:

ris Sendero sagittis monimento. Quanquam quis
cuiquam eam appellet tesseras, quas tantis Herou
domus est Gentilitia, quod Sagittarum perennia
trophaea sua adumbrat specie. Parva igitur licet res
videatur sagitta, tanta tamen est ut celsissima super:
volet orbis fastigia et coelo suam quodammodo intenti
sublimitatis. Tanta est ut illam non monimentum et
Martii pectoris simulacrum non immerito sit, vim ad
bellicrati monimentum, victricia Martis trophaea ver:
bo domus Sapiehanae genuina insignia possim appella:
re. Referunt veterum Annales quod Theseum Athe:
niensium Regem, cum iam post mortem populus erectam sta:
tuam voluisset venerari, eiusque militarem testari forti:
tudinem posteris saeculis, Sagittam manui eius indiderunt, con:
cioni adeius funus celebrandum concurrenti spectandum
proposuerint, satis luculento indicio eiusque Martium Thesei animum
adumbratum, dum eum Martio victricis sagittae signo expres:
sit. Mihi inserere Martium hoc monumentum Invictis
G. P. N. N. manibus opus non est, quod Illustrissimae eius
domui iam multis ab hinc retro saeculis praeclara Ma:
iorum facta inseruerunt. Hoc duntaxat assero et com:
muni totius orbis Poloni Lituaniaeque suffragio, non immerito
bellatricem Sapiehanam domum, militarem sagittam
sibi vindicasse. Illa nimirum domus est, illustrissima Sapieha:
rum Familia, tot e qua impavidi prodiere Leones tot
infracti Reipu: Polonae Atlantes, illa inquam domus est
quae tot belli fulmina, Moschi terrores, victores, Lituani
foedifragi Suecici Triumphatores genuit quot sacrengi
orbis Polonus Lituanusque magno totius Reipu: emolumento
ab hac domo partas vidit victorias. Magnam vero tan:
tae laudis partem sibi vendicat Illmus Campiductor
qui non

qui non modo cum Suprema Exercituum Ducis digni:
tate fungeretur, Patrem Patriae et Hostium excidium se pro:
bavit, verum etiam cum militaribus ad hoc munere [illegible] co:
hortum. Quis interea eius fortitudinem non novit,
quis unquam in hostibus aggrediendis eius animum non ad:
huc vidit, pericula undique mille instabant, non timebat invi:
ctus Sapientissimi animus, a fronte hostes, a tergo, hinc a late:
re densatus atque infestissimi hostes eminebant: intrepidus sem:
per fuit Sapientissimi animus, tanto maior quanto hostium copia ma:
ior. Testatur id publica exercitus [illegible], testatur constans populi
opinio Sapientissimam tanta semper praeditum fuisse magna:
nimitate, ut etsi que oculis praesentissima mortis cerneret peri:
cula nihil sibi timeret. Quin pulcherrimum forte rati
si suam pro omnium vita prodigeret, et certe magna hac
anima totus Reipublicae vivebat corpus, expers vitae [illegible] et lu:
gubre funus, si illud Martia non animasset Sapientia. Me:
rito igitur bellica sagittae insignia, tribuit Sapientia tua domus Illme
Dne N.N. ut et merito ostendebat quoties tui volent
effigiare imaginem, effigiabit autem gratissima posteritas
Sapientissime altaque omnium reponet mente tanti Ducis effigi:
em, invictae tuae dexterae inserere sagittam, qua Patriam tu:
tatus hostes confudisti. Aegyptiis solemne fuisse refert
ut quoties solennitatem in bellis requisitam velint adumbrare,
sagitta ab arcu emissa eam adumbrarent. Addito lemmate
Volat ut sagitta. Quemadmodum enim haec mira pollet
celeritate, ut ab inopinato suo ictu maximam nocendi vim
habet ita virum militarem celerem esse oportet teste
Livio si hostibus cupit esse nocumento. Pollebat insigni
hac in expeditionibus bellicis celeritate N.N. qui ad
nutum Regis atque Reipublicae cen velocissima se fingebat sagitta
[illegible] etiam distractas pertransiens terras in quas vi:

ctricia arma non inferret. Testis est decumana illa superiorum temporum procella qua eousque navis Regni bellicis intestinis fluctibus, etiam iam naufragio sauciendo videretur, nisi senectutis tanti mira S. D. N. celeritas subvenisset. Spectavit sane non sine intenti admiratione illos ... miles cuius validos insultus saepe sua felicitate aut antevertit aut elusit. Spectarunt domestici Patriique milites quod aeque nocte ac interdiu semper ad arma, promptique semper in hostes paratique non raro insomnes exegerit noctes diurna tempora aut consiliis bellicis aut executionibus transigens, ut subiicit more celeris sagittae semper ab arcu pendentis et in ictu excedentis non modo Magni Ducis nomina impleret, verum etiam caeteris militiae alumnis, raro vix videt exemplo, non inter domestica otia aut delitiolas enim bella conficienda, sed inter perennes vigilias molestias inter sexcenta bellorum incommoda quibus Mars educat, quos ad Martiae gloriae acies ... tione sit expectanda. Non immerito nitram eius in bellico celeritate accensae illi sagittae comparaverim quam Pyrrus Rex Epirotarum Duci suo dicitur transmisisse adiuncto hoc monito, ut ceu ignis insatiabili odio contra hostes flagraret, velut sagitta vero Regis imperia exequeretur. Habet hoc praeterea Martia sagitta quod insperato vulnere saepe interimat, quod et si in album mittatur, ut ex ipsis oculis evanescat, recidat tamen in hostium capita hoc fortiore ictu quo validiore impulsu a iacente fiat explosa. Crederes interdum dum nubes ipsas celerrimo impetu aggreditur, nusquam rediturum

in terras, existimares aut ventorum vi alio ferendam
aut ipsis inserendam Sideribus cum interea inopino
relapsa impetu celerrimi fulminis vice altissimas
hostium ferit phalanges, alios transverberat, alios gra:
uiter sauciat, non paucis etiam [illegible] crudelissimam in:
fligit necem. Magnae divisionis Almi sapientis
vobis propositus hostis existimare, dum sursum aut de:
orsum volantem mira celeritate inspexeritis sagittam
Sunt hae stratagemmatum eius certitas ut ipse hosti:
les circumveniret cornuas, caederet, captivaret dum mini:
mè timerent. Praescripsit hoc eximia eius consilii atque bel:
lici prudentiae facilitas quod ita suas disponeret hostes
ut cum eas ad alios patris otia feriasque ducere videret,
inopinatis insidiis interea hostem falleret, non secus ac
Emissa in altum iacula quae quidem coelum petere
viderent, relapsa tamen in terras hostium capita vulne:
rant. Quid his vero de eius intacta magni pectoris for:
titudine dicam, qua hostium cunctos repellebat, densi:
tas penetraret phalanges, nulla denique non perrumpe:
bat pericula. Magni illius Pompeii Romani Herois
generosum animum fatumque suo exemplo restaurasse
videt, quando nulla belli formidans discrimina,
non inaccessis locorum difficultatibus, non flexuo:
sis viarum maeandris territus eousque semper erumpe:
bat quo dum magnus impelleret animus nunquam
armis suis etiam Herculeis prohiberet columnas
nisi maluisset Patriae fines tutari quam inva:
dere; peregrinos deserens domesticis. De magno illo

Romani Batorio Imperii duce Pompeio veterum An-
nales edocent quod cum a Romana Reip: expeditio
bellica ei fuisset commissa a qua eum plurimi de-
hortabant, quia res videret esse plena periculis et
insuperabilibus laboris dixisse ferat: Quo corpori vi-
res penetrare nequeunt eluctabit animi fortitudo,
ita N.N. cum quandocunq. aut minus fauente
fortuna, aut obnitentibus suorum conatibus hostiles
acies non posse perrumpere animo magnoq mentis
nisu eiusdem quoq. expetebat. Quis igitur, dum [illegible] bel-
licis sagittae simulacrum Illustriss. candelabru-
num domini illius coruscare, eiusq memoriam defun-
cti heroïs animi hoc militaris tempori monumento
adumbrare. Hic nimirum celerrima illa sagitta
est quae fulmine ocior, velocior aliis bellico gloriae
cursu et Sarieani nominis studium felicissime
tandem absoluit. Hic illa hostium strages et rebellium
fulminatrix sagitta est, quae medias perrumpit a-
cies, inimicas videt phalanges et cum minime nocu-
tura videretur in cauno hostiis copiis maximo fuit no-
cumento. Hic illa astris cognata sagitta est quae rerum
mortalium superato apice, immortalitati aemulum se in-
tulit beatitati, ut inde maiori sit praesidio Patriae
unde plura deriuant in terris auxilia. Verum illud
non exiguam uniuersae Patriae infligit calamitatem
quod quae hostium pectora letali solita erat vul-
nere lacerare, domesticorum quoq. corda non leniore

sauciaverit dolore: ita enim a terris ad astra translatam triumphaticem sane sortis sagittam suspicimus, ut simul gravi doloris sensu, omnium animos enixiamus vulnerantis speciamus: tamen vulneri nostro medelam ab coelis dextera quae lethalibus Plenis vulneribus non semel potuit mederi. Vos porro N. sanctissima virginum corona, quod praesentia vestra dignari e[...] coronare funus, ita humanitatis vestrae atque benevolentiae laudem referre, ita ut nos perpetuo gratitudinis vinculo obligavisti[...]: furius tempore aliquod faciendi initium ad funebre eqvlum ut de funeris pompa transeatis submississimi invitamus.

QVÆSTIO II.

Quinam alii modi sint Orationem Funebrem componendi

Praeter supra recensitos suggero alios sequentes.

Modus I. Quando exordii loco ex abrupto Orator incipit, v. per exclamationem, v. per Orationem, aut aliam patheticam figuram, qua seu conceptum dolorem ex funere demortui explicet, v. mortis invidiam arguat quod tantum virum Patriae, Familiae, Bono publico invideat, vel infelicitatis

temporum nostrorum adducendo quod tantorum Hero:
um puram Patriam attigerit.

Secundo Ab explicatione doloris transeundum ad laudem defuncti qui licet oculis nostris sit ereptus vivit tamen superstes animo et perennabit apud seram posteritatem beneficiorum gloria.

Tertio Materia laudis potest desumi partim ab eius preclaris factis quibus Patriam familiamque illustravit, partim ab officiis quae gessit in Repu: Porro praeclara facta referuntur v. servato temporum et aetatis ordine v. immutato. Similiter officia incohando v. ab inferioribus progrediendo ad superiora et altiora, v. non servato graduum ordine.

Quarto Observandum est cum refert aliquod factum in eius amplificatione esse exornandum iuxta modos quos tradidi in Rhet. Debent etiam exaggerari afferendo rationes auctoritates sententias eruditiones congruas. Conclusio denique talis erit qualem superius descripsimus.

Modus II.

Quando initio aliquis brevis discursus instituitur, cui postea opponitur alter contrarius et propositionis loco assumitur pro orationis corpore v.g. Si initio dicas vitae humanae cursum brevem esse certis arctisque definitum temporum finibus a bimunda morte adeo ita stringi ut pauco tot annorum spatio eum circumscribat. Postea vero dicas, etsi Domi:

num sienisbing vitę cursus sit, te tamen velle osten:
dere defunctum. Qui amor seu vitę summę et gloriæ nullis
circumscribi terminis quin ipsi par esse dicenitati.

Secundo Posita tali vel simili propositione, pro:
banda est diversis rationibus v.g. ostendens eius gloriam quæ
nunquam extinguuntur sed semper supersint, quod di:
gnum aptius confirmandum est Fundi rationibus, v.g.
ab antiquitate, nobilitate, stemmatis.

3tio Notandum Assumptam illam propositionem
Exordio contrariam ita probari sicut solent cæteræ pro:
positiones orationis quæ constant quatuor partibus
communibus. Possunt igitur rationes exponi vel arte
Syllogismi v. Enthymematis.

Modus 3tius Quando tota Panegyris sit
per comparationem cum aliquo viro vel Heroë illu:
stri quem veterum Annales nobis commendant, sic
celebraturus in funere Ducis Exercituum v. alicuius viri
Navarii potes eum comparare cum aliquo Heroë Ro:
mano aut Græco qui laude bellica apud Veteres flo:
ruit. Porro hæc comparatio ita instituenda est ut
præcipua facta selegantur quæ antiquitus laudat in suo
Heroe quibus similia ipse defunctus ostendat aut
etiam maiora aut plura.

Secundo Facta comparationis singula seorsim tra:
ctanda sunt quibus semper subnectenda est comparatio
defuncti ostendendo quod vel æquaverit illum v. superaverit.

3tio Possunt comparationi amplificationes et

Laudationes adhiberi.

4to Potest fieri digressio Rhetorica ad Thesim cui brevis Apodosis subnectat.

Quod vero exordium attinet huius orationis potest deduci vel ab explicatione doloris concepti ex morte defuncti v. dicendo felicia fuisse veterum saecula quae tam praeclaros protulerunt Heroes Marte et litteris celeberrimos, qua quidem felicitate sua id obtinuerunt ut eorum tempora a nobis non modo summis laudibus efferant, verum etiam in perennem usque memoriam propagent. Sed non minus fortunata esse nostri quoque dici tempora, quibus ii Heroes sanguine et virtuti clari progeniti sunt, qui nominis sui gloria orbem et immortalitatem sunt impleturi et talis quidem est defunctus N.N. Laudet igitur vetustas Martia sua pectora iactet Roma suos Scipiones, Pompeios, Curtios. Laudet Graecia suos Theseos, Achilles etc. caeterasque suas Marti sed simul morti devotas animas: nobis magnum hodie laudis argumentum existit D. N.N. quem proinde parem celeberrimis illis viris fuisse ostendam. Postea continuanda erit Oratio per comparationem sicut Dixi.

Modus 4tus

Per Allegoriam sumptam aut ex occasione, temmatis aut ex re aliqua animata ut sunt animalia, arbores, flores, v. ex re inanimata, ut sunt Nubes, coeli, sydera, flumina, columnae, aurum, lumina, lux, et sexcenta alia. Qua vero ratione ac Methodo tractanda sit Allegoria docuit in sua

Rhetorica noster Zoring et post illum in sua P. Casimirus Kwiatowicz. Hoc tantum monendus eli: genda primo esse certa puncta quae in ea Allegoria reperiuntur, quae singula seorsim ita tractanda sunt ut Auditor facile possit conijcere quod in illa Allegoria significare exprimere q vellet in laude defuncti v.g. Si aliquis in funere laudares sub Allegoria arboris. Primo certa puncta eligenda essent, de arbore quae cederent in laudem defuncti, quod nimirum arbor sicut procera, alta, cedrus v.g. v palma, aut alia fructibus et genere clara quod in sua altitudine ceteras longe emineat quod sublimitate sua paene inter se se in certatus ? etc: Hoc Ergo v.g. punctum de altitudine cedri ita tractandum foret, ut quivis prudens intelligeret de tuum familiae sublimitatem, Sanguinisq et virtutis celsitudinem. Sic de alteris punctis q proprietatibus. Praeterea diligenter notandum est elucidationi etiam Allegoriam esse interdum explanandam ut res quae sub Allegoria tractatur melius intelligatur.

Modus 3tius. Per Antitheta Ingenio plenus

Sic magis et acuminum ferax in fertilem vertebat calamum. Praecipuum et potissimum huius modi est ut contraria contrarijs opponantur ita tamen ut haec mutua oppositio Suavem reddat orationem, sicut col:

lisio diversum metallorum suavem solet edere Sarmoniam. Porro oppositio. 8c peti Amo. aut ex manifestis, causis, definitionibus etc: quae omnia ita proponi debent, utrorum alter opponatur, et 8c quidem oppositio contrariorum à morte vel ejus circumstantiis petita Exordii locum sibi vendicabit, quia doloris et luctui depromendo promptior. et deceptum ad propositum acutus aperit facilius.

Secundo Propositio quae ex tali genere contrariorum facillime elicitur, praefigenda erit et 8c quidem acuta. Nam ex collisione tot contrariorum non potest non sequi mãa aliqua orationis arguta, nisi ingeniosè plane laborarit ingenium.

Tertio Quod attinet confirmationem eodem modo quo Exordium est tractandum licet non tam religiosè vel ad eruditionem excurrere non liceat quae tamen ipsa argutiis condiri debet.

Quarto Laus defuncti debent eadem methodo tractari, siquidem zonissimum est confirmationis et velut quaedam anima orationis panegyricae.

Quinto Epilogus solis constat affectibus

Notandum Amo Hanc methodum optime inservire omnibus aliis recensitis orationibus modo quinim quae sint varient, quae omnia sunt funebri dictioni.

Nota 2do supra dictos modos valere etiam pro Ecclesiastica funebri si mãa assumatur ex sacris literis.

Nota 3tio Modos Supradictos orationum nostro aevo usitatarum valere pro cujusvis generis Orationibus.

tionibus componendis si excipias puncta specialia
a cuilibet speciei orationis

PRAXIS

Etsi luctuosissima Dni NN fata, non modo eos omnes qui praesentes fuerunt adstantes magno moestitiae sensu compleant, verum etiam universam Patriae luctu et squalore perturbent: ipsa tamen nescio quid taciti solatii in ipso moerore prae se ferunt, atque insolitos quosdam ipsis lacrymis immiscent triumphos. Ita nimirum D. N. N. diem obiisse extremum videtur ut e Patriae conspectu atque omnium oculis nec dum abiisse censeatur, vel si abiisse cendendum est, ad illam immortalitatem victor multisque ovans triumphis transiisse videatur. Ita fatali mortis spiculo occubuisse Martius eius pectus visum est, ut nihilominus sei calcata hostium capita per superatas Moscorum Phalanges triumphalis animus gradiatur. Ita denique augustis Pheretri tumulisque sedibus mortales eius artus conponimus ut immortalis eius animus coronis ante sortes et incola iam perpetuo iure supernum illud beatorum Heroum Capitolium inhabitare non immerito putetur. An igitur potiora solatii argumenta quaeris utrum fata eius omnibus quidem luctuosissima, sed sibimet gloriosissima extitere, decernere non ausim. Hoc certa atque indubitata sententia asserere possum, multum dum bellatorum victoriam fecisse quando vitam sacrificavit pro Patriae salute, nullo eum detrimento a commu:

ni mortalium omnium sorte morte esse affectum, quando perennis gloriae munere eum donavit, quae prima bene: factorum remuneratrix virtus. Qui enim dum vita spolatum recte dixerit, qui mortalis brevissimique temporis spatia in diuturna commutavit aeternae beatitudinis immortalitate. Quis iniuriam ab hostibus illam crediderit? qui duce virtute, comite fortuna, faventibus ex alto caelitibus, applaudentibus universo Regni civibus sole splendente malevolorum invidiâ, fremente hostium irâ, non tam e vivis sublatus est quam a mortuis ad vivos migravit, qui licet hostium telis pro salute et incolumitate Regni occubuerit, in ipso tamen occasu ceu illustre non iam Polonorum sed Polonum sydus est exortum. Quanquam quid hoc illustrissimum nominis gloriaeque iubar apud coniunctas Patriae caterva dicam? quod cum Poloniam nostram luce sua implevisset, etiam ad Polos ipsos illustrandos meruit inter illustria illa regnantis coeli sydera collocari. Iniuria ergo ei palmarum intulerint illi, qui hostis illum iniuria affecturi asseruerint dum immortalem palmam in Martiorum suorum facinorum praemium sorte obtinuit. Quid aliud cruentae eius quae pro Regni incolumitate excepit vulnera, quid inquam aliud sunt, quam viva ex nulla temporis oblivione obliteranda Magni eius pectoris, Martiique virtutis facundissima ora. Quid aliud sunt superstites cruentum in mortuo corpore cicatrices quam loquentem adhuc invictam eius fortitudinem et invictam pro avita libertate spiritum contestantes linguae? Potuit iure ille de his gloriosissimis suorum vulnerum insignibus gloriari potesse quam olim de Magni Catonis pectore

pectore in quod sui ipsius parricida [f]atalem mucronem
adegerat Romanus Philosophus [illegible] gloriatus Angu:
stum tam pectus erat, quod ingentem illam animam Romanae
libertatis propugnatricem, victricem hostium multisque cumu-
latam laudibus continere non poterat, quod rendum [illegible] ferro
vulnus fuit quod exeunti de corpore triumphatori animo
portam triumphalem ad Martis gloriae adytum reseraret. Potiori
iure [illegible] atque [illegible] DXX. de acceptis inter [illegible]
dum vulneribus id asserere potest, quo nimirum illustriore fato
generosiore fine Martis animam per Mortis ianuas ad immor-
tales meando transmisit. Ille propria atque parricidali dextra
vitam sibi eripuit quam gloriosius aliena demessuisset ensis, hic ho-
stili cecidit manu et propria invictus stetit virtute nulla nec ipsius
extremitatis mole ad ruinam deprimendus, aut ad ignaviae latebras
vel minus sinceram in famam mentis ignominiam deturbandus.
Ille virtutem suam, se teste, se aemulo, se hoste expertus est,
si tamen quispiam sui ipsius hostis esse potest, qui nulli vi-
[illegible] devictus necessitudine quam sibi) hic intrepide
atque arbitro orbe Polono, spectantibus [illegible] militibus
atque Patriae commilitonibus cum maximis infensissimisque
hostibus quam probavit virtutis constantiam, atque ita quidem
probavit, ut luculentum praeclarae virtutis testimonium
non modo a domesticis et belli sociis, verum etiam ab
extraneis hostibusque pari unanimi suffragio retulit (
hic recensenda essent in particulari facta illius et per an-
tithesin exornanda). Ita dolorem exprimere debet ut
memor propositionis eandem inferat quae erat potiora
ponenda Esse solatii argumentas quamlibet [illegible]
eum virum iacturam fecisse et [illegible] fecerint v.g. etc. Quare

etsi pro manica D. S. N. fata toti Patriæ luctuosa accidant, Mariæ tamen eius fata magno solatij ensu vniuersos afficiunt; succubuit communi mortalium legi, â qua nemo eximius est, sed plurimorum fata superauit, qui in diem extremum obiit, vt immensum gloriæ spatium ingressus videatur, non vero vitæ cursum excessisse. Hic vltimus Epilogus variandus est prout nimirum Orationis dicitur, si ex parte hospitum peroret, constabit beneuolentiæ testificatione in familiam defuncti, si ex parte consanguineorum defuncti pero[ratur], gratiarum actio et inuitatio ad hospites instituetur. De quibus iam sufficit

CAPVT IV.

De Orationibus Nuptialibus

Etsi a nostro munere abienissimus sit profana nostræ eloquentiæ immiscere: artis tamen oratoriæ ostendendæ causa et aliorum secutus exemplum paucula de his tradam.

QVÆSTIO I

De ante Nuptialibus

Ante Nuptiales sunt quibus â Parentibus vel Tutoribus sponsa petitur. Petere hæc fieri obscurari possunt.

Sinnum

1mùs Est Sponsi Parentes, Familia Familiisq; venustas et nobilitas laudent, et ex hac laude fiat accessus ad petitionem.
2dum Est ut causa afferant, quibus promoti sint ad illam petitionem. Commoda igit. scilicet, gloria famaq exquirent, quae ex societate utriusq familiae sint proventura.
3tium Petitionem continere solet, et obsequiorum delationem.
Quod attinet ad Responsionem orationis hi fermè punctis exprimenda est.
1mo Laudando petentis affectus, quo erga familiam vicissimq commendanda eius familiae nobilitas.
2do Promptitudo officiorum declaranda, et si vi petens eis concedere velit, hoc ipsum declarandum erit si vero differre, aut denegare velit rationes afferendo.

QVÆSTIO II

Quinam alii speciales modi sunt dictā oraōnem componendi Modus Imus

Quando ab initio ænigma aliquod proponit. sub quo velut sub umbra petitionis explicet. Porro ænigmata talia excogitari possunt, excogitando ex consideratione stemmatis quo domq sponsae est insignita, vel ex stemmatis proprii consideratione, vel ex combinatione utriusq.
2do Ænigma hoc ita tractandum erit, ut magna pars in laudem familiae cedat ex qua petit Sponsa.
3tio Petenda est solutio ænigmatis a Parentibq vel Tutoribq ut ii proposs. unum ænigma benigna et aperta declarent solutione.

4to Pro solutione huius Enigmatis appromittenda eius gratitudo obsequiorum &c.

Responsio ad modum Enigmaticum debet hac convenire ipsi petitioni.

1mo Laudando petentis affectum quo fertur in familiam vicissimque commendanda eius familiae Nobilitas.

2do Promptitudo officiorum declaranda, etsi in presens eius concedere velit, hoc ipsum declarandum erit, vel causas potentur afferri cur eius votis obsecundat. v.g.: quod bene utriusque Familiae societatem, speret fore utilem hone:stam et gloriosam: quod virtutes petentis id mereantur etc.

3tio Gratias aget pro affectu quo petitor fertur in suam fa:miliam vicissimque illi afferre amicitiam perpetuam.

4to Quodsi vero noluerit postulata concedere, dicet sibi non occurrere propositi Enigmatis solutionem vel certe solutionem eius differri petet, ut hoc modo petentem differat, et dilatam sua frustret petitione.

Secundus Modus

Quando 1mo discursus aliquis instituitur qui aut lau:det amicitiam, si virtutem et familiarum coniun:ctionem aut virtutis praestantiam, vel stemmatis nobi:litatem.

2do Quando ex hoc discursu sumitur occasio peti:tionem proponendi, ut si amicitiam laudes, et hinc para:tu permotum te dicas, ut in hac domo quaereres ami:citiam, si virtutem commendes, et hac te persua:

sum esse

sum esse affirmes, et virtutibus proditam domum Sane adires, tui generis claritatem laudes, et hac te permotum affirmes ut eius gloriæ participem te cupias.

3tio Offerenda obsequia et promptitudo officiorum promittenda.

Responsio ad 2dum Modum.

Primo Discursus generalis confirmandus aliqua sententia vel eruditione aut ratione quæ tum occurrit,

2do Laudandum eius propositum siquidem postulatis eius morem gerere velis. Sin minus rationes afferendæ vel certè dilatio petetur.

3tio Consueta obsequiorum delatione dicendo laudatur. Modus Tertius est Si afferatur pictum aliquod Symbolum aliqua arte facta muneris loco. Porro oratio accomodata debet esse Symbolo illud explicando vel scripto vel dicto cui etiam subnectenda est petitio. Cæterum reliqua non differunt à superioribus.

QVÆSTIO III.
De Epithalamicis

In orationibus Epithalamicis nomine Parentum aut Tutorum tradi sponsa sponso et his pulchris fermè constat.

Imo Gaudium est explicandum amicorum omnium utriusque domus, quod dies illa aduenerit, quâ tam nobiles et præclaræ Familiæ æterno foedere sibi coniungentur.

2do Laus est instituenda personæ a Maioribus, vir:
tute cæterisq naturæ donibus.
3tio Vota amicorum Parentum exponenda vt in:
mundi diu incolumes et vnanimes viuant, magno totius
Patriæ commodo et vtriusq Familiæ ornamento.

Responsio.

Iisdem punctis constare potest, addi tamen pos:
sunt sequentia.
1mo Gratiarum actio ad Parentes, v Tutores, qui tan:
tum domûs suæ decus et ornamentum Sponso tradunt.
In fine promittenda veneratio, amor obseruan:
tia in Parentes et Sponsam.

SECVNDVS MODVS

Quando initio laudatur v familia Sponsæ v
vtriusq v coniugalis amicitia, quod nimirum
sæ necessitudine conseruent Familiæ Regna.
2do Adducendæ sunt vtilitates Familiis, et
Regnis communes quæ foedus coniugale conse:
quunt.
3tio Ea omnia quæ recensita sunt, ingenere,
applicanda sunt in particulari ad præsentem
materiam

4to Vota et apprecationes longæuæ vitæ, prosperitatis.
5to Commendanda veneratio mutua.

Tertius Modus

Quando vel a sententia vel ab eruditione laus coniugalis amicitiæ tractatur.
2do Id ipsum confirmatur et quænam consentiet coniugalem societatem afferunt.
3tio Applicatio facienda in particulari ad personas inter quas coniugalis contrahitur necessitudo.
4to Specialis laus sponsi a genere, virtutibus cæterisque animi naturæque donibus et ornamentis.
5to Commendanda veneratio sponso erga sponsam.

PRAXIS

Iuxta modum secundum, subiicio schema orationum in quo primo instituitur discursus de amicitia quod nimirum sit vinculum familiaritatis seu munimentum contra temporum iniuriam et posteritatis oblivionem.
2do Applicatio est in particulari.
3tio Punctum non subiunxi ut possit accom:

modari vtriq Orationi, vt illi qua Sponsa traditur
Sponso et alteri in qua respondet Nomine Spon-
si 8.

Nulli fortitudini satis prouisum est, quam alie-
ni roboris coniunctio non munit. Ita enim ma-
gna haec vniuersi domus teste Graeco Sapiente Biante
Durat contra temporum et vicissitudinis iniuriam
vt facili negotio dissolueretur nisi mutuo nexu te-
neret necessitudinis. Exhauriret publica omnium
Parens terrae foecunditas nisi vires suas restaura-
ret liberali syderum coelorumque beneficio. Ex-
siccaretque ab annuo frugum censu diues eius co-
pia nisi et roris foecunditate, et pluuiarum im-
bre irrigaretur. Verum quid terrae perennem fertilita-
tem ad initae cum coelo amicitiae beneficium refero? il-
la ipsa vastissima coelorum domus, illustrissima
syderum sedes tenebris non careret, nisi tot syderum
coniunctione suam auxisset et stabiliuisset lu-
cem. Scilicet ea est et illustrium et fortium rerum
conditio, vt haec neque de suo lumine nec illa de sua
fortitudine sint securae nisi mutuo societatis
vinculo. Nouerat ille coniunctionis vim roburque
qui posteros suos aeterno firmaturus monumen-
to fascem spiculis pene colligarit, seu perenni-

tatis insigne ad amicitiæ nexu quasi unum ijsdem tradidit. Est profecto virtus vincula firmior, non modo inter Matris pectora quæ eadem signa et æra conjunxerunt verum etiam inter illustres sanguine et meritis Familias quas mutuæ necessitudinis accessio facit tutissimas. Bene igitur sibi Sodie Nobilissima N. N. domus de perenni suâ gloriâ ominari potest. Bene quoque Nobilissima N. N. prosapia de nominis sui immortalitate augurari potest, quando utraque hæc sanguine et benefactis clarissima prosapies mutuæ necessitudinis ineunt fœdera. Iacet coelum perennem lucem quia plurimis adornatum est sideribus, vos Nobilissimi D. N. N. Neo Sponsi qui de Familiæ vestræ splendore nominisque immortali luce ambigatis jam non habetis. Illuxisset haetenus publicis utraque domus non minus avorum quam meritorum splendore conspicua, sed multò magis jam illucescet postquam tantorum syderum facta est coniunctio. Stat Nobilissima Orbis hæc Machina è Brantis juditio ideò contra vicissitudinis tempestates munita, contraque temporum varietatem benè firma quia omnia mutuæ familiaritatis sibi iuravit sacramentum. Stabit non minore constantiâ utraque hæc domus Nobilissima, stabitque in

aeviinnem usq; posterorum memoriā quā magno sacro amicitiæ sacramento hodie stabilitur. Hæc si tradimo fiat sponsā, dicendum est magnum omni-gaudium amicorum omnium esse exortum, quod ea dies fortunatissima tandem advenerit qua utraq; hæc nobilissima Prosapia in perennis amicitiæ fœdera coniuravit. Tum commendanda est veneranō sponso ergā sponsam et apprecatio facienda omnis prosperitatis et incolumitatis.

PRAXIS II.

Iuxta Stilum Modum ccc.

Nullum est genus rerum, bene olim Romanus dixit facundiæ Princeps, undiq; quod avulsum a coeteris per se ipsum constare aut quo coetera si careant vim suam atq; æternitatem conservare possint. Ita nimirum perpetuo usu namīs comparatum videmus, ut aliud alius ope egeat, alter alterius viribus foveatur. Quod quidem amicissimæ omnium familiaritas si lubdatur invenire iurata namis fœde:

ra est necesse atq omnem rerum collatione necessitudinem. Concatenatq enim rerum omnium amor videtur, tam arcto connexionis nexu ut ima summis coniungi, excelsa humilibus permisceri oporteat, nisi amicitia vera ex aequo colantur. Hic non minus ingenioso quam genuino symbolo humanae Societatis amorem effigiavit, doctissimus Graecorum sapientum Simonides. Quando aurea catena bina corda insemia superscripto Lemmate. Aureum humani amoris vinculum. Recte certe aureo nexu amantium corda stringi voluit eruditus Philosophus. Nescit enim verus amor ferri minas aut ferrea servilis amoris vincula auream amat libertatem amoris societas, non ideo quidem quasi amicorum pectora auro oporteret indicari sed quod nobilissimum auri dignitate dignius debeat esse vinculum quo liberiores mentes coalescant. Porro quodnam illud aureum animorum et amorum sit vinculum tu hodie M.D.N.N. edocuisti quando lectissimis tuis virtutibus, cultissimisq moribus adeo tibi devinxisti animum Mei D.N. ut ceu aurea quadam catena amore eius captivâris.

Non vano igitur omine iam augurari ausim fortunatam atque in plurimos annos stabilem vestri amoris coniunctionisque fore societatem quam indissolubilis pariat morum neque etiam qua mutui amoris struxit benevolentia, una denique et eadem composuit morum sympatia. Tria conservandae fovendaeque amicitiae, iam olim requisivit doctissimus apud Antiquitatem Cato teste nostro Romano Oratore. Si desit coniungat vanum et simulatum duntaxat erit amicitiae nomen, si vero adfuerint perenne omnino nec ullam aut adversae fortunae, aut temporum tempestate sincera amicorum necessitudo dirimet. Primum enim si adsit nimium animorum similitudo, peni necesse est, ut pares quoque inserat amicis virtutes pariat inserat naturae ornamenta ex quo luculenter consequitur, dispersae ratione ut solidissima iaciatur amicitiae basis et immutabile necessitudinis fundamentum. Alterum vero si accedat nimium animorum aequalitas exulare semper inimicitias simultates atque odia erit necesse, nullus dissidiis locus, nulla litibus domesticisque iurgiis dabitur ansa nam ut plurimum Principes dissidiorum omnium origo

esse solet aut fucatus amor, aut amore palliatum odium. Tertius denique si foedus amicitiae ibi vendicat omnibus numeris erit absoluta mutuae benevolentiae necessitudo. Tantum enim conciliandis animis valet morum aequalitas, ut etiam sub dispare coelo nata ingenia et diversis naturae donibus instructa ad perfectam animorum coniunctionem possent coalescere, quando potentissimo hoc mentium vinculo morum similitudine fundantur. Iam vero quanta in vobis Dni A. St. animorum morumque vigeat similitudo, quis est qui non advertat, nemo certe nisi cui lectissimae cuiusque virtutum dotes meridiana luce clariores non innotescunt. Norunt omnes ad quos sanguinis nominisque vestri fama pervenit quanto studio ab ineunte aetate, virtuti, nobilitati ceterisque auctissimis virtutum ornamentis comparandis vos impenderitis, norunt omnes quibuscum superiorem exegistis aetatem, quanta semper optimae mentis documenta vos nobis tulentis, norunt denique universi quam nobile hoc optimarum mentium par coalescat ternis animorum, amorum, morumque vinculis coniuncti. Hic

laus Familiis inserieri deberet rerum vel ab Gentilitiis insignibus vel Maiorum prae:
clare factis. Sit igitur illud fortunatissimum vestri Foederis omen quod Caesarum institutor Seneca sincero amori tribuit. ut mutuum pro:
pitiam semper et vestris votis famulantem habeatis fortunam secunda caelitum experia:
mini auxilia atque in seram usque incolu:
mes vivatis posteritatem.

DIXI.

Et sic Antequam Feriis Paruis attin:
gemus praecepta cedant. In Laudem Supremi Comprehensoris Eiusque Ma:
tris sine LABE Originali concee:
ptae Honorem. atque Patronorum meorum S. Ioannis Evangelistae. Casimiri, Francisci. Seraphici. Antonii. Cassianus Barbarae, Agathae. Annae. Constantiae Devotionem.

PARS III

De locis Rhetoricis

CAPUT I.

De definitione Notatione & Partium enumeratione.

QUÆSTIO I

Quibus modis fiat definitio

Non definio quid sit definitio et quando ex ea resumenda sunt argumenta cum utrumque abunde profiteantur Joannes Breuterius tantum pro quibus modis oratoria definitio fingat

MODUS Imus

Definitionis

Est ille quando explicamus quod sit res. Deservit hic modus et argumentis et amplificationibus et orationibus integris

tum sacris tum profanis. Si nimirum ima parte tractes qd res non sit qd vg Amor n̄ sit boni publici. Tu amicu definitu ms quid n̄ sit et quid sit diceres.

Praxis Politica

Amicus Quid e eē amicum? an arridere vultu, frontem explicare, polliceri operam, mella eloqui, assidere mensis, alienā voluntati turpiter lenocinari. alia, alia est profecto veræ amicitiæ sanctimonia atq religio, nimirum in adversis ita se gerere, vt ope et consilio adiuves, soleris afflictu ut ne calamitati succumbat; partim calamitatis accipias, in prosperis vō vt lætitiā accumules, et si quid elationis sit aut inanis confidentiæ, hoc totu prudentia tuā et authoritate compescas; Ita integrum singulares orationem in simili mā. Prima pte tractares qd alienū eē debeat ab amicitia, et hoc quidem p aliquam argumentationis speciem. Secunda vō pte differeres qdnam sit offīm veri amici.

Praxis sacra definitionis p negaone

Dicturus quid n̄ sit christianus, et quid sit, ita pro diffinitione â negaone comparares.

Xstiang Tune Christianum eum putas qui cum lustralibq aquis sit ablutq, vitam omnem turpi Baccho Venerig consecrat qui mentem scelerū inventricem, linguam convitijs ac periurijs infamem manum innocentū sanguine cruentatā intemperantes oculos corpus omni fœditate contaminatū gerat. eumne Tu christianū et si quando sacris interit,

et Sacramento fidem obliget Deo atque iuramento obstringat, Christianus putes? Egregiam vero christiani hominis dignitatem pro quo Deus ille fabricator et rector orbis, cælum terris, maiestatem humilitati, felicitatem miserijs, æternitatem morti, ac denique solium immensæ gloriæ ignominioso patibulo copulavit. Ille ille est si nescis Christianus qui conceptis in Baptismo Votis et solenni sacramento christo mancipatus, vexilla christi sequitur, cupiditates coërcet, neque ulterius humanarum illecebris, aut intemperatis fortunæ blanditijs à recti tramite, honesti amore, Cæli Deique perenni desiderio se patitur abduci.

Sacram in simili dictum orationem Prima parte differeres per aliquam argumentationis speciem de ijs quæ christiano nomini sunt adversa. Secunda vero parte de ijs quæ implere nos docet. Si boni christiani audiri volumus.

MODVS I.I.

Definitionis per adiuncta

Definitum invidiam ab adiunctis ita verbi gratia dicere posses.

Invidia quam insani Poetæ Deam finxerunt quid aliud est quam larua suo sanguine cruentata confecta macie horrida, obliquo oculorum obtutu marcidis putrida dentibus, generis humani terriculamentum, vellem videre speluncam in qua delitescit et sole nunquam lustratur, nunquam vento aut aere purgatur, semper hic perpetuus tenebrarum horror. Quid papulas memorem, Vipperas, colubros, cæteraque

Invidia

..iu genus, Quis porro eius visus, quae calamitas, qui gemitus, quae aliena incolumitas: ceterumque mordacibus excarnificata curis, neque noctu dormit, neque de die quid esurit.

Simili modo Voluptatem definitum habe ab adiunctis. Voluptas est teterrimum monstrum ex infernorum claustris erumpens ardentem proferens facem, qua in mortalium pectoribus ignem tartareum accendit, venena spargens pestilentissima, quibus hominum animos inficit, lethali denique telo armatur, quo incautos medijs in amplexibus confodiat.

Valet hic modus ad integram orationem conficiendam si nimirum singula adiuncta definiatur, et definito per Syllogismum aut Enthymema exponantur. Sic. Vg: Immensum in Dei amorem in stabulo nascentis expositurque: adiuncta singula natiuitatis Christi seorsim aliqua specie argumentationis tractares Vg Quis sit is qui natus, quid sit natiuitas.

MODVS III.
Definitionis per Contraria.

Definiturus hominem a veritate orthodoxa alienum ita ab adiunctis describere posses.

Caue ne te frons illa ne oculi ne vultus huius artificio simulationis in fraudem impellat. Intellige aliquando improbi hominis varium multiplicemque naturam

dolos, anapites, fraudulentu ingeniu. Studiosq e in speem diuini cultq at reuera perturbator omnis Religionis, verbis crimen exagitat, scelus detestat, abhorret ab omni labe atq infamia, at in animo flagrant vitia libidinum, ardet occultis ignibq auena cupiditas, et ad omnem vitæ turpitudinem inflammata. Depone, depone laruam hanc, ferale monstrum, qp bonos viros spēe virtutis a simulatu tenes, pius at impius, pudens et impudens, innocens idem et sceleratq.

Potest hoc modo integra etm fieri Oratio, si singula contraria ita tractent, sicuti dictu e de adiunctis.

MODVS IIII

Definitionis a Similitudine

Hugo bona conscientia à similitudine sic definit. Ager benedictionis. titulus religionis. templum Salomonis, hortus deliciarum, aureu reclinatoriu, gaudiu Angelorum Arca fœderis, Thesaurus Regis, aula Diuini Numinis liber signatus et clausq, in die iudicij aperiendus.

Potest hoc modo etm sacra fieri oratio si definitiones singulas probent, modis apud Rhetores consuetis.

conscien tiæ defini

MODVS . V.

Definitionis ab effectis

Peccatum

Hoc modo si peccatu definires. Peccatu cu nihil sit, des eo, tn qm plurima dici pnt. Peccatu pestis e

est animi, conscientiæ labes, vitæ pernicies, honoris macula, ruina virtutum. Peccatum morborum parens est, dolorum artifex, fabricator suppliciorum, fax æterni ignis. Peccatum est Dei odium, terræ clades, naturæ dedecus totiusque orbis incendium. Vis quod dixi verbo colligam universa. Peccatum quod est merum, sed mirum nihil. huius natura est pugnare contra naturam, ratio rationem evertere, substantia tota esse.

Valet et hic modus ad orationem, tum sacram, tum profanam concinnandam si effecta singula Rhetorice probentur.

Nota quod hos modos definitionis valere etiam pro acumine sive sententia acuta; si nimirum talis negatio, aut adiuncta, aut contraria, vel similitudo, vel effecta afferantur, quæ rei convenire desponte ex una parte videantur, ex altera vero repugnent. Habes eiusmodi acumina in supra datis gradibus si eas recte examines.

QVÆSTIO II.

Quomodo Notatio Rhetorica fiat

Græcis Ethymologia, Aristot: Symbolum, Latinis Notatio dicitur. valet ad acumina et argutas sive quempiam laudes sive vituperationes.

I. Modus est ex nominis interpretatione. Sic: Calvinum

calentem vino aut calentem venere bene dices.

II Modus ex derivatione. Sic Cicero Verrem Provinciae everriculum.

III Modus per renotionem aut immutationem Sic Poeta ille de Principe Ferrendo lusit.

Ex Ferro nomen tibi sit licet aurea condis
Secula, nam sub te Principe nemo metit.

Sic Poeta alter in Neronem Matricidam lusit.

Quis neget Aeneadum magna de gente Neronem
Sustulit hic Matrem sustulit ille Patrem

IV Modus ex dissentaneis sic: de Virgine Diva Barbara quispiam lusit

Barbara sum! non sum miti sum pectore Virgo
Sed qui me genuit barbarus ille fuit
Ut Parcae parcunt, ut luci lumine lucent
Ut bellum est bellum, sic ego Barbara sum.

V Modus per Anagramma sic ex Roma legis Amor ex aura arna ex omne Nemo, ex Ave Eva ex Bonaventura bona ventura ex Benedictus bene dictus. ex Michael Lechiam.

Quoniam vero Laudes frigidae esse solent quae circa nomen quodpiam se occupant, nisi magno cum artificio tractentur Subjicio unam vel alteram ideam Laudis petitae a nomine.

Modus Imus Laudis a nomine.

Imo Igitur commendatio nominis institui potest a comparatione. Sic laudaturus Principem quempiam a nomine v.g. Alexandri, comparationem instituere deberes cum alijs nominibus v.g. Magni. Felicis Pulchri Iusti ect:

PRAXIS

Felicis nomen Beatum quidem per se est, sed fortunae et moribus convenit. Pulchri iucundum est ac suave, sed est ea laus corporis non animi excelsi et invicti. Magni vox ipsa magnifica, plena regiae maiestatis. Sed in ea plus ambitionis interdum esse solet quam satis est. Te vero cum Magnum Alexandrum appellamus, non levem aliam tribuimus gloriam, quae cum pulchritudine deflorescat, non alienam in cuius societatem fortuna sese offerat. non ambitiosa quae vanitatis plurimum habeat dignitatis punctum, sed veram, gravem solidam, eamdemque quae complexu unius nominis vim et gloriam comprehendit.

Modus IIdus
à
Nomine

Ita potest commendatio nominis institui ut plura imprimis colligantur quae nomen quoddam definiant, eaque singula exponamus et interpretemur pro partium dispositione. Sic in laudem Regis Serenissimi aut magni ducis exercitus haec nomina collegeres v.g.: Belli fulmen pacis clypeus, decus Poloniae, orbis gloria, mundi orna

mentu. per partium vo distributionem, ita singula interpretius.

PRAXIS

O divinam et immortalem laudem, Vis christianas Respublicas coercere, schysmaticorum dissensiones, Hereticorum furorem frangere, Belli fulmen est R. Vis christianos Principes communi foederis societate devincire, pacis clypeus est Bohoui. Vis christianum populum caeteris infidelium nationibus amplitudine, gloria, dignitate praecellere? decus Orthodoxae Reipublicae est R. Vis totum orbem ingenti sinu complexa ultimis etiam vigere temporibus. Orbis gloria est R. Vis naturam hanc rerum aspectabilem pulchriorem et ornatiorem cernere, terrae ornamentum est R. Tolle hoc fulmen, pace caeterorum diuam sacra bella languebunt, tolle hunc clypeum, nulla satis firma pax.

Modus III a nomine.

Tertio instituitur commendatio nominis per modum concertationis, ut si virtutes fingantur inter se concertare de alicuius nomine Vg. si fortitudo Pietas Themis, Justitia introducantur quae inter se concertent, a quo nomen sit desumendum et eo insigniendus quispiam Subiicio ingeniosum cuiusdam Poetae lusum hac in re qui pro nomine Regis faciendo dictas virtutes concertantes

en duit.

Rex meus est pietas meus inquit bellica virtus
Ille suo gaudet nomine sancta Themis.
Interea magno surgit discordia motu
Nec nisi de solo nomine pugna fuit.
Cor pietas, animos invadit bellica virtus
Sceptrigeramque Themis vindicat aequa manum
Vinclo numen agit pietas, ego vinco rebelles
Bellica vis leges, imperio iustitia
Astra peto ingeminat pietas ego martia virtus
Castra Ego sum caeli filia diva Themis.
Illa pium Regem, fortem vocat altera Iustum
Tertia Rex triplici nomine dignus erat.
At Themis haec frustra mecum contenditis ambae
Ipsa meas lites iudice iustus erit.

Nota totidem esse modos integrae orationis construendae seu sacrae, seu politicae, quot hic dixi pro laudando alicuius nomine imo ita tractentur ut supra monui de definitione. Est quoque hic locus Rhetoricus copiosus acuminum fons, sicut patet ex superius dictis.

QVASTIO III.

Quomodo partium enumeratio sit tractanda Oratorie

Modus Imus. Quando totum in partes ita dividit, ut singulis membris proprium aliquid attribuat. Subiicio exemplum, in quo describitur ingressus magni Principis in Urbem, facta divisione multitudinis hominum occurrentium ad spectandum Principem et particulares variorum status et conditiones, similiter enumeratione locorum, è quibus ingredientem spectabant.

PRAXIS

Non aetas quempiam, non valetudo non sexus retardavit quominus oculos insolito tanti Principis spectaculo impleret. Te parvuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes, aegri quoque neglecto medentium imperio ad conspectum tui, quasi ad salutem sanitatemque prorepere, Unde alii satis se vixisse, te viso, te recepto, alii nunc magis esse vivendum praedicabant. Videres referta tecta ac laborantia imo ne eum quidem vacantem locum qui non nisi suspensum et instabile vestigium caperet, oppletas undique vias, angustumque tramitem tibi relictum, alacrem hinc inde oculum, utrique par

gaudium parem clamorem. Tam æqualiter ab omnibus ex adventu tuo lætitia percepta est quam omnibus venisti, quæ tamen ipsa cum ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gradus aucta est

Modus 2dus

est Cum genus dividit in species sibi subiectas quæ singulæ generis appellationem sortiuntur. Subijcio huius divisionis exemplum in quo Cicero pro Plancio gratitudinem non solum maximam sed matrem virtutum appellat.

PRAXIS

Cum omnibus virtutibus me affectum esse cupiam tamen nihil est quod malim, quam me et gratum esse videri. Hæc est enim una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas nisi voluntas in parentes? Qui sunt boni cives? qui belli qui domi de Patria bene merentes, nisi qui Patriæ beneficia meminerunt? Qui sancti? qui religionem colentes, nisi qui merita Diis immortalibus gratiam iustis honoribus et memori mente persolvunt. quid potest esse iucunditas vitæ? sublatis amicitijs? quid porro amicitia potest esse inter ingratos, quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educata res, cui non magistri sui atque doctores? cui est locus ille mutus? ubi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur? cui opes tantæ esse possunt, aut unquam fuerunt, quæ sine multorum amicorum officijs stare pos-

sit

cunt

Modus 3tius.

Per oppositiones cum negatis partibus continuo contraria subjicimus, ut si per negationem partium et contrariorum oppositionem desenbere velis hoc venit in templum ut Deo inserviret.
Non venit in templum ut in illo tanquam in foro vel plateis inambularet, ac de negotiis suis domesticisque rebus consereret, sed ut expressa factis suis sanctimoniae inflammatique in Deum charitatis daret indicia. est tamen omnium opinione religiosissimus. Non ut in illo velut in diversorio libidinum, foedissimis de rebus ageret impudenter, et ad mulierecularum formas curiosos ac petulantes adjiceret oculos, sed ut intentos haberet in gratissimam illam victimam, quae per Opt: Max: Numini pro communi Orthodoxae Reip: emolumento offert quid in illo modestius? non ut iocaretur et garriret in alterius aurem, et insusurraret nugarum aliquid non semper utroque in terra genu defixo, et intentis ad aram oculis, statis ac descriptis precationum vicibus tempus transmittit, hos non divini amoris sentit impetus ut colliquefaciant pectoris ardores in vultum oculosque redundent. Non ut ementitae laudis et gloriae fugientis umbram captaret, quam ut virtutum pestem aversatur divina mysteria celebrandi tantum, atque Deum religiose colendi sacras aedes ingreditur.

Notandum recensitos hos modos valere pro conficiendis orationibus, si partes ita tractentur, ut aliqua argumentationis specie exponantur.

CAPUT II

De conjugatis genere forma seu specie QUÆSTIO Ima

Quibus modis locus conjugatorum Rhetoricè sit tractandus

Trípliciter distinguunt Rhetorica coniugata, alia sunt quae sola voce sunt, ut studium studiosus, ex quibus nullum nisi fallax argumentum ducitur. alia sunt quae non voce sed significatione connectuntur, ut virtus et honestas, pauperies et mendicus. Tertium genus est eorum quae vocis et significationis communione iunguntur ex utrisque solidum potest duci argumentum.

Modus Per vocis derivationem.

Ita contra Antonium dixit Orator. Non tractabo te ut consulem. quia me non tractasti ut consularem. Sic Lucanus. Mortalium sunt quae ad mortales pertinent. Ita similiter diceres regnum esse non experiendum cum Regibus ubi undique pericula emine

ant

aut v Summo Iudice e acquirenda doctrina cum viris doctis, tanta aut ad opes et ad dignitates opposita præmia. v Militia est fugienda qua multibus tot sunt labores exorbendi et adeunda mortis monicia

Modus 2dus

Per significationis cognitionem

Tu de amantibus Propertius Libertas quoniam nulli iam restet amanti, nullus liber erit si quis amare volet. Sic Ovidius ut ameris amabilis esto.

Modus 3tius

Per Vocis et Significationis coniunctionem

VG Quid Tu militem eum appelles cui nondum per statem militare licet, quid equitem voces qui nunquam nisi in arundine longa equitavit. Quid Imperatorem nominies, qui sibi et cupiditatibus suis non imperat. Det primo militiæ nomen, stipendia faciat, militaris disciplinæ laboribus exerceat, armis et equis apte uti discat, petulantes animi motus coërcere longo virtutis usu assuescat, tum militem fortissimum, equitem expeditissimum Imperatorem Magnum appellabis

Modus 4tus

Per Paronomasiam.
Sic Martialis, Vt mortem fugeret se Fannius ipse peremit
Dic rogo nunc furor est ne moriare mori.

QVÆSTIO II.

Quando genus Rhetoricae tractandum

In hoc loco nihil illustrius est quam si fiat hypothesis ad thesim ascensus, quod praeceptum celeberrimum est apud Rhetores omnes. Quid sit Hypothesin reuocare ad thesim ita vt speciem seu formam ad genus saepius ore tenus dixi. Praestat igitur id Orator vt cum a laude, aut commendatione generis vel cum a vituperatione progreditur ad ea laudanda vel vituperanda quae sub genere continentur. Sic Laudandum suscepit Orator noster Archiam et hinc Hypothesis est - vt vero aliquem campum aperiret orationi, eam circumstantiis ~~[illegible]~~ personae et temporis absoluit et ad Thesim reuocat laudatque Poeticam

Sic igitur sanctum apud vos humanissimos homines hoc Poetae nomen, quod nulla unquam barbaries violavit. Saxa et solitudines venerantur. bestiae saepe immanes eius dulcedine flectuntur atque consistunt

nos instituti

instituti rebus optimis non Poetarum voce moueant.
Antiquum Simunii illud Philosophiæ decretum tanquam indubitatæ fidei oraculum per omnes ætates, gerq hominum bene sentientium animos peragrauit, virtutis omnis laudem in honestæ laudabilisq orationis vsurpatione consistere. Erit igitur qui putet Regias virtutes quæ velut eminentes sunt tabulæ, omnibusq non intuendum solum, sed ad imitandum propositæ, iustitiam scilicet munificentiam, prudentiam pietatem aliaq id genus, cum cæteris manibus in vmbra et otio languidas debere obtegescere, non vero in aciem, atq in laudandæ alicuius exercitationis campum descendere

Sic Ouidius Animal in suas species diuisit.

Neu regio foret vlla suis animalibus orba.
Astra tenent cæleste solum formæq deorum,
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ
Terra feras cæpit volucres agitabilis aer
Sanctius his Animal mentisq capacius altæ
Deerat adhuc, et quod dominari in cætera posset.
Natus homo est.

Notandum his duobus modis etiam orationes construi tam sacras quam profanas. Primo quidem quando ab Hyppothesi transit ad Thesim vt si a laude alicuius virtutis, recteq factorum. Vsitatq hic modus est

laudibus Sanctorum formandis. Secundo quando genus aliquod virtus vel vitium in species subiectas dividit et singulae aliquo argumento exponunt.

QVÆSTIO III

Quando forma seu species a Rhetoribus tractetur

Species de pluribus numero differentibus dr. Non postremum dictionis Oratoriae est argumentum.

Fit hoc cum ex multis singularibus quae numero tantum differunt species infert per quandam inductionis argumentationem. Oratorie probatur omnes mori ita ex hoc loco argumentabens.

Morimur omnes, nec Principum sors, nec Regum diademata, nec pauperum conditio, non divitum gazae, mortis legibus sunt exemptae. Mors capta auribus nullum audit, capta oculis neminem agnoscit, armata grandi falce omnes demetit, triremes aequat liburnis, turres cavernis, purpuras pannis, tiaras petasis, sceptra ligonibus. Mori commune omnium est supplicium, lata et pronunciata in eum mortis sententia, ab eo Iudice cui refragari nemo potest. Fac te splendore natalium Illustrem; fac esse te omnium virtutum comitatu visendum, dic te esse doctrina et eruditione mirabilem; at nobilitate Caesares, virtute et sanctitate Apostoli superarunt. Aut igitur naturam hominis exue aut te cum illis aliquando mortuum pronunciato. Caput.

Lazarum in paupertate diuitem in miseria beatum in infelicitate felicem, in vulneribus sanum, et quidem sine domo, sed non sine domino, sine veste sed non sine fide, sine bona valetudine corporis, sed non sine robore charitatis, sine cibo, sed non sine deo canibus appositum, sed socium Angelorum, qui non accipiebat de micis, quae cadebant de mensa diuitis sed caelestem panem visceribus eluctabat.

Opposita seu contraria v aduersa sunt quae sub eodem genere posita plurimum distant ac se mutuo expellunt ut virtus et vitium.

Magna Argumentorum copia gratia et varietas est ab hoc loco maxime, cum singulis membris singula contraria opponuntur. sic diuus Ambrosius in persona christi loquens. Non est meus quem libido succendit. quia mea est castitas. Non est meus quem cura spoliandi minores exagitat, quia mea largitio est. Non est meus quem aura nobilitatis inquietat, quia mea tranquillitas est pax sum ego litigari non noui.

Relata dicuntur Quorum natura in hoc posita est, ut ad aliud referantur. sic Imperator respicit milites, Dominus famulos et vicissim.

Priuatiue opposita sunt quorum alterum semper habitus dicitur, alterum priuatio, ut aspectus et caecitas in oculis auditus et surditas in auribus.

Cotradicentia sunt quorum unum negat quod affirmatur

ab altero. Forasse acuminum hic locus est, pulchre ex eo lusit Martialis contra Dindimum cuius voluntatem pugnantem cum sua sequenti distycho describit.

Insequeris fugio fugis insequor haec mihi mens est.
Velle tuum nolo, Dindime nolle volo.

Et idem alibi.

Difficilis, facilis, iucundus, acerbus, es idem.
Nec possum tecum vivere, nec sine te.

Repugnantia latius patent quam contraria quia sufficit vel in natura vel in affectione aliqua inter se dissideant quae etiam dissentanea vel disparata a quibusdam appellantur.

A repugnantibus enim fit argumentum. Nam si duo contraria, illorumque variis effectus servati fuerint qui omnes comparati contrariis repugnabant. Scilicet odio contrarium amare, cuius effectus vel adiuncta vel causae repugnant odio. Et ita ex hoc loco argumentaremur.

Laudari venerari beneficiis afficere, familiariter colloqui cum eo quem diliges, de eo crebros sermones inserere, absentiam eius aegre ferre, adversam fortunam eiusdem lugere, prospera velle amoris sunt indicia. Rubor ingenuus ad amici aspectum vultus hilaritas, explicata frons comis apparatio adiuncta sunt amoris. Similitudo vultus, morum ac studiorum coniunctio. beneficia affinitas, causae sunt amoris, quae omnia repugnant odia.

CAPUT III

De similitudine dißimilitudine oppositis QUÆSTIO I.

Quid sit similitudo & quomodo Rhetorice tractanda

Similitudo dividitur in Parabolam Inductionem et exemplum.
Parabola rerum alioqui diversarum in una vel pluribus partibus convenientia, quae illustris similitudo dicto aut facto antiquo vel recenti, aut historia aliqua narrata, graviter aut iucunde pro rei natura continet. In qua si commode reddatur Apodosis non mediocrem afferat dignitatem. Talis est illa pro Roscio Amerino qua comparat accusatores cum canibus et anseribus. Illis cibaria publice locantur & ex Cicerone
Talis quoque est apud Nazianzenum in carmine de laude Virginitatis. Pietatis sepulta in nobis scintilla latet velut igneus ardor. Inclusus saxis quem non excutias nisi conteras nec virtutis scintillam in te latentem et torpentem nisi continuis ferri, hoc est tribulationibus ictibus contunderis.
Inductio est coacervatio quaedam rerum multarum et similium ad aliquid concludendum, Vg: Iis qui naves aliorum merserunt, nemo facile suas committent, qui alienos equos negligenter curarunt, ei suos nemo committent, qui parum diligenter terram suam excoluerunt, nemo illi credident alienam. Ita qui suam

Sabitem aut aliorum nihili fecerint ys temere committes tuem.

Habet et collectio exemplorum vim suam, ut plurimum extat in exemplis collatis insignis similitudo. Sic pro Balbo Cic: Hic tu C. Pompei beneficium potius iudicium et factum infirmare conans, qui fecit quod C. Marius fecisse audierat, fecit quod Publium Crassum, quod Lucium Sillam, quod quintum Metellum, quod denique domesticum Authorem, Patrem suum facere viderat.

Elegans quoque similitudo et comparationem Sic cum Imperatore exercitus eloquentiam venuste compares.

Age quod est Imperatori, quod tantopere mirantur, equum flectere, tela spargere, castris habendis optare campum locorum distantiam oculorum dimensionem finire, vallum iacere ad certum scopum destinata librare tormenta, pubem educere in aciem, instructa iam acie sub signis habere iam paratum militem. Ordines distribuere, committere, caesim punctim ferire, gladys cominus, eminus iaculis rem gerere, producere, currere subsistere, circuire, resistere, instare dissimulare, mutare in eorum pugnam lacessere etc:

Atque haec in Oratoris artificio videre licet omnia sigillatim adumbrata, cum explicat oratione, velut exercitum, cum Rationes velut copias in cornu collocant cum sedem argumentorum et locos velut campum deligit cum instruit campum, cum pludit, cum dimicat, cum ad manus venit, cum in ardore lucratur cum adversa·

rys, cum vincit Triumphat. Tanto sane gloriosius, quod vnus cum infinita multitudine bellum ingerit, nudus ipse cum armatis. adeoq sibi ipse Imperator, ipse miles ipse sibi consiliu et auxilium, mens et manus, animus et gladius, verbo ciuitates nonnunquam euertit, verbo Respublicas componit. verbo regna sub iugum mittit, verbo non corporibus solum, sed in liberis mentibus dominatum exerceat.

Habet hic locus magnum robur si duae res similes inter se conferantur Fit hoc si multae eadem similitudinis adducantur. si mul consentientes, Mortis et amoris diuini, similia ita conferes. Et numinis amor quam simillimus et maxime geminus mortis. quemadmodum in morte abstrahitur animus et diuellitur e corporis istius carcere, sic animus is, qui diuini amoris vulnus accepit, celeriter e domicilio corporis euolat in christi vulnera, vbi suas delicias collocabit, Atq vt in morte sensus omnes corporis extinguuntur colligant oculi, hebescunt aures, languet emortua sagacitas adorandi, totum denique calore consumpto ad tactum rerum mollissimarum obrigescit. Sic in amore, si quis gustum diuinae delectationis hauserit, repente in eius animo, quaecunque oculis caeteris sensibus colligunt voluptates, fastidio quodam et ingrata societate deflorescunt. Et mortis quidem tam violentus impetus, vt omnia frangat, tanta et audacia vt in capita Regum incurrat, tanta ferocitas, vt vrbes deleat, affliget

Amor diuinus similis Morti.

Af

exercitus, Regna vniuersa misera depopulatione inuertat. Sic amor ille tanquam in ignes e collapsus in animos. quam multas vrbes, ciuitates felicitates inflammauit incendio, quam multos Reges purpura exuit, quam innumerabiles martyrum corpora e terra sustulit vt in cælum raperet victores. O vim amoris incredibilem! O singularem mortis et amoris contentionem!

Aduerte tandem esse modos faciendæ orationis Ecclesiasticæ et Politicæ si nimirum ea seruentur quæ sæpius inculcaui.

QVÆSTIO II.

Quid sit dissimilitudo opposita repugnantia & quomodo tractanda

Dissimilitudo est rerum duarum aut plurium inter se diuersarum collatio. Subijcio exemplum de Epulone et Lazaro.

PRAXIS

Attende duos vnum in diuitijs et sanitate miserum, alterum in egestate et vulnere beatum. diues ille qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide, quam inanis fuit in illis epulis quam pauper in diuitiarum multitudine, quam nudus in pulchritudine vestium, quam infirmus in sanitate corporis! quam famelicus in satietate ventris, quam miser in gaudijs, quam desolatus inter amicorum colloquia quam deiectus inter seruorum obsequia, Attende quoque

Morte carent Animæ.

Quid facis Aenone quid arenæ semita mandas
Non profuturis littora bobus aras.

Forma est ratio et nota rei per quam res est et distinguitur ab alijs, ex hoc loco suadit Pytagoras fortiter esse mortem contemnendam quia anima est immortalis et sua carmina.
Efficiens est principium unde actio proficiscitur Vitæ beatæ causas præcipuas collegit Martialis.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundissime Martialis hæc sunt
Res non parta labore sed relicta
Non ingratus ager focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta
Vires ingenuæ, salubre corpus
Prudens simplicitas pares amici
Conuictus facilis sine arte mensa
Nox non ebria sed soluta curis
Somnus qui faciat breues tenebras
Quod sis esse velis, nihilque malis
Summum nec metuas diem nec optes.

Causa Finalis est cuius gratia aliquid fit. Qui finem cupit, eadem debet complecti media quæ ad illum obtinendum conducunt. Si pace frui volumus, fœdus cum hostibus ineundum est, vel bellum conficiendum, sine quo pax haberi nulla potest. A fine remouenda sunt contraria media.

studes sapientiæ vitandum ergo est vicero olium.

QVÆSTIO II.

Quid sint effecta, comparatio maiorum mino partium & quomodo ab ys argumentandum.

Effecta dicuntur à Cicerone quæ orta sit de causis Frequens est argumentandi modus ab attributis effectorum ad causam, scilicet à bonitate effectus ad bonitatem causæ ab effectu laudabili ad laudem causæ. sic ab effectis contra gulam argumentaberis

PRAXIS

Bellum gothorum legimus quam plurimos superasse, quos tamen pugnas carnis legimus non vicisse, et audivimus eos dedisse delictis pectora, qui dorsa hostibus non dederunt. Proh dolor! Victores gentium vitiorum fuisse captivos stetisse inter sævientes gladios, et inter enervata lenocinia corruisse. Regnis fuisse terrori, ludibrio fuisse peccatis, adversas acies contrivisse ieiunos, et crapulatos suorum castra dissolvisse, tacuisse effuso vino, qui tacere effuso sanguine nesciverunt. Hoc non est ratio sed languor, non vita sed febris, non natura sed phrenesis, nam quoties ciborum cruditas deiecit, inficit stomachum, corrumpit sanguinem, vitiat humores succendit choleram extremum febris gignit incendium. Quis pestes omnes atque morbos numerando percensere possit, quos in humanum genus huius infamis vitij effecta importat.

Simili modo Argumentaberis ab effectis contra ebrietatem. Extinguit rationis lumen, obtundit aciem ingenij animiq consilium obtenebrat vt in fine temulento videre est. Quid enim belluis similius, imo quid infra belluas abiectius? aut ludicrius incessus? vt micant oculi, spumat os, diffluunt genae, pectus languet, pedes titubant, gressus incertus, totum corpus attonitum, et ruinosum animi domicilium horret, vt in certa verba sui impos eructat cum teterrima crapulae. Interim sepulta ratio cum fumosis vini vaporibus nullum usum retinet, vigilans somniat, sine mari fluctuat, sine hoste terrores patitur, sine febri artubus tremit, et ... iacet. O rem! non modo visu foedam, sed etiam auditu detestabilem et iniucundam.

Nota si singula effecta vel saltem quaedam deducere velis, in speciem alicuius argumenti ... Nota ... supradictos modos locorum tractandorum valere pro sacris et politicis orationibus

Comparatio maiorum minorum parium

Quia, cum triplici genere res quaepiam conferri possit, ideo modus hic a comparatione triplex est. Rerum enim maiores sunt aliae, aliae minores hoc est verisimiliores. Aliae in pondere aequali veritatis, ideoque ratione verisimilitudinis triplex est locus. Porro ea vis

e argumentationis a maiore ad minus, ut si quid magis probabile videtur, id tamen non est verum, certe quod minus est probabile verum non erit. Ut si quinque legiones hostilem exercitum vincere non potuerint, nullo modo duae vincent.

Quod attinet argumentum a minore ad maius illud sic ducitur: si quid minus probabile est, nihilominus verum est. Et quod magis erit probabile verum erit existimandum. Ut si potuit duabus legionibus superari hostis, certe potuit quatuor. Sic corporum resurrectionem ex seminibus post frigidam hyemis tempestatem ex terra verno tempore surgentibus, poteris probare tanquam a minori ad maius.

PRAXIS

Cum occata solo genitali succus animaverit, quodam calore vitali spiritum quendam herbae viridantes exhalant, deinde paulatim tenuioris spicae adolescentis statem culmo erigit, et vaginis quibusdam naturae tanquam sedula mater includit ne pubescentem glacies adurat, et ut animis defendat calore. frugem quoque ipsam adhuc primis quasi serpentem cunabulis, mox adultam ne pluma decutiat, ne aura dispergat, ne avium minorum morsus interimat, vallo aristarum sepire consuevit.

X Quid.

verte folium

Ideo duxit argumentum esse hoc loco, si antecedentibus et consequentibus addas particulam, n, et eam coniungas cum alijs pugnantia facies, sic diceres illud a te n amandum, qui nimiam sui poscit venerationem. et ita Martialis ingeniose de Sexto.

Vis te Sexte coli volebam amare
Parendum est tibi, quod iubes colendis,
Sed si te colo Sexte non amabo.

CAPUT IV.

De locis reliquis Rhetoricis

QUÆSTIO I.

De adiunctis antecedentibus consequentibus & causis

Adiuncta sunt, quæ licet rem non componant, aut constituant, sunt tamen cum ea coniuncta. Alia sunt concomitantia ut locus, tempus, modus, facultas,

A Loco sumpsit exordium Annibal apud Livium ut militibus animos ad confligendum faceret. Vobis acriter pugnandum est milites, qui prope a tergo Alpibus, ab utroque latere maris clausi estis, adversos habetis hostes quare nulla vobis restant effugia, nisi vincatis.

A Loco suos errores excusat Ovidius versus suos. Si qua videbuntur casu non dicta Latine

In qua lenebam, Barbara terra fuit.
A Tempore ducitur argumentum si repetamus antiquitatem, vel recentem memoriam, Ab hoc loco Cicero victoriam Pompei commemorat. Tantum bellum tam diuturnum tam longè lateque dispersum quod omnes gentes ac nationes premebant Caius Pompeius castra hyeme apparebat, ineunte vere suscepit, media æstate confecit.
Modus designat consilia finem intentionem affectus animi.
Facultas comprehendit instrumenta, socios milites arma
Alia adiuncta sunt consequentia, quæ rem gestam subsequuntur vt Pallor, robor, hæsitatio, incessus titubans laus clara, potentes divitiæ, turpis infamiæ nota, reprehensio publica etc:
Alia adiuncta sunt Naturæ. vt ætas forma vires valetudo.
Alia animi vt scientia virtus vitium.
Antecedentia et consequentia iuxta Ciceronem sunt quæ cum re necessaria cohærent, vt illa antecedant, hæc sequantur, sic vulnus cordis antecedit mortem, arma bellum, culpa pœnam, Pœna vero culpam sequitur, bellum arma, mors vulnus cordis.
Alia animi. vt Scientia Virtus vitium.
Causa quadruplex est. Alia Materialis et hæc quidem est triplicis generis, Ex qua. In qua. et Circa quam. De Materia in qua illud est quod Euridice ad Zenonem
O genus attonitum gelidæ formidine mortis
Quid Styga quid tenebras quid nomina vana timetis
retro tres pagi:
nas vertas.

Quid igitur miraris si homines quos accepit terra restituat, cum seminum corpora quaecunque susceperit, vivificet erigat, vestiat, muniat, atque defendat. Desine igitur dubitare quod depositum generis humani terra fidelis reddat, quae commendata sibi semina usurario quodam foenore multiplicata restituit.

Comparatio parium Locus in quo paria paribus conferuntur, cuius ea vis est ut parium adsit quoque iudicium, et quod in uno valet admittatur in alium. Beati omnes innocentia virtute laborum tolerantia, gloriam aeternam sibi pepererunt. Ergo iisdem nos ad tantum honoris fastigium gradibus oportet ascendere. Eodem modo per negationem concludere possumus a pari. Non vitiorum turpitudine, non ocio aut voluptatum incensa libidine ad caelum pervenerunt, ne ergo nos in luxu ac delicijs in omnium rerum abundantia viventes, honorum cupiditate inflammatos, ardentes libidinum facibus et odijs eodem perventuros putemus

A pari illud quod est Martialis xenium en

Cum sitis similes paresque vita
Uxor pessima pessimus Maritus
Miror non bene convenire vobis

PARS IV.

De variis methodis longiorem orationem tum sacram tum profanam componendi

CAPUT I.

De oratione 4tuor partib9 constante

Usitatissima apud Oratores est ea Oratio quæ quatuor partibus constat scilicet exordio Narratione Confirmatione et Epilogo. Aliqui confutationem addunt sed frustra distinctam partem a confirmatione, hoc tn ipso quod aduersarij tela refringam rem meam magis confirmo et tueor. Alij narrationem demunt quia non omnibus orationibus semper sit usitata sed communissima sententia est quæ quatuor ptes admittit, placet per singulas ire distinctis quæstionibus.

QUÆSTIO I.

Quid sit Exordium et qui exordiorum fontes.

Exordium est aditus quidam in oratione quo animus Auditoris ad audiendum comparatur.

I. Fons est. Ex opinione Auditorum, quo quis auditorum suorum opinionem ac iudicium diligenter perscrutatus inde dicendi capit initium, sic plane, ut si casu noceat auditoris opinio eam studeat evellere, sin faveat, eadem utatur ad conciliandam benevolentiam

II. Fons est. A Divisione cum ex innumeris aut commendatione dignis aut vituperatione quod singulariter augere possunt oratione unum aliquod seligit.

III. Fons est. Ex Abundanti. Cum Orator affirmat tam copiosam sibi esse ad dicendum materiam ut necesse habeat multa multa praeterire quo liberius possit adhaerere.

IV. Fons est. Ab Adiunctis. In quo aut ex persona sua Orator sumit dicendi initium aut ex Iudicium auditorumque aut temporis occasione aut a loco ceterisque rerum adiunctis.

V. Fons est. A quaestione insigni. Sic Cicero lib. I de Inventione: Saepe et multum hoc mecum cogitavi, boni ne an mali plus attulerit hominibus et civitatibus copia dicendi ac summum eloquentiae studium. Nam cum et nostrae Reipublicae detrimenta considero. et maximarum civitatum veteres calamitates animo colligo, non minimam video per disertissimos homines invectam esse partem incommodorum, cum etiam res a nostra memoria propter vetustatem remotas

eloqu.!

ex literarum monumentis repetere instituo, multas Vrbes constitutas, plurima bella extincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias intelligo, tum animi ratione, tum etiam facilius eloquentia comparatas, ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam inducit, vt existimem sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse, prodesse nunquam,

VI A Contrario Ingeniosq. maxime ornatus Ecclesiasticas orationibus, cum orator ipso initio dicendi contrariam suscipit sententiam probandam quae illam et argumentum totius orationis continet.

VII A similitudine v. dissimilitudine. Debet autem esse talis qui cum propositione sua habeat connexionem, aut ad illam aperiat auditum.

VIII A Consuetudine IX Ab Hystoria X ab Apophtegmate. XI à Fabula XII à Sententia XIII à Fictione. XIV ab Aenigmate. Nota haec omnia eiusmodi esse debere vt non remote petita esse videantur, sed ex re ipsis cenbus desumpta. XV Cum in exordio ratio affertur. Quare Orator hanc illam de qua agit susceperit tractandam. Ratio haec non assumptae propositionis esse debet, quae nimirum confirmat propositionem, sed quae intentionem et animum Oratoris exponat. Cur hanc et non aliam assumpserit illa

cienas

legiam dicendi
Quæ vitia et virtutes sunt exordiorum fuse docuit So-
arius in sua Rhetorica ad quem hic te remitto.

QVÆSTIO II

Quid sit propositio & quomodo formanda

Propositio consequitur exordium in qua suæ dictionis Materiam proponit Orator. Duplex est propositio. Implicita et Explicita. Implicita est, quæ ex ipso statu et contextu exordij facile percipitur et manifestis verbis non declaratur. Explicita est, cum manifeste Orator ~~dederit~~ declarat de quo sit dicturus. Propositio etiam dividitur in Complexam et Incomplexam. Complexa est, quæ diversa puncta seu partes materiæ suscipit tractanda. Incomplexa est, quæ unam certam ac determinatam materiam complectitur. Rursus alia propositio est Allegorica, alia vulgaris. Propositio Allegorica est, quæ materiam de qua Orator agit sub aliqua Allegoria tractat. Vulgaris est, quæ rem nulli Metaphoræ, aut Allegoriæ involuit, sed prout in se est simpliciter proponit. Nihil hodie festivius gratiusque apud eruditum sæculum, quam propositio acuta, sed turpius nihil quam dum Orator præter acutam propositionem, nihil acuti in toto orationis contextu affert, hoc est dum confirmatio discrepat a propositione, et in allegoria cœpta non persistit, aut ea quæ in confirmatione

non accomodant, ita ut non aptent propoem Metaphoricè et Allegoricè.

Quæres Qui modi sint inueniendi propositiones acutas. R. 1mo Eosdem esse Modos quos in locis Dialecticis dixi acuminum formandorum. II Modum autem propositionis efficiendæ esse quando in exordio tractatur maxime acuta contraria nostræ propositioni assumendæ. Ut si dicatur quod mundus sit Pauper et miser. In exordio dicas probes mundum esse diuitijs abundantem. V.g. Quis nescit diuitias huius mundi, tantam auri argenti copiam. Ubi Oratione fuerit describendæ orbis diuitiæ, partim a tot Regnorum opibus, partim a tanta auri fodinarum multitudine, partim a testimonio Scripturæ, quæ dicit Isaiæ 2do. Repleta est terra argento et auro, et non est finis thesaurorum eius. Postea vero dicas te ostensurum quod mundus sit egenus et pauper, ille mendicus qui sedebat secus viam mendicans. Lucæ 18 cap.

Simile modum docui in Orationibus Funebribus, ubi etiam praxim per Antitheta subiunxi.

III Modum autem propositionis præfigendæ esse si simplex vel vulgaris propositio Metaphoricè vel Allegoricè efferatur. Cui postea similes cores-

ponde

pondeat confirmatio (sic hanc simplicem) Mater Dei est Sanctorum Sanctissima allego: vice afferes pro Visitationis ejus Festo dum Beatam Elisabetham visitaret ascendendo montana, ostendit se esse montem in omnium montium vertice collocatum; dum ergo exurgens abyt in montana Mater Dei. Ostendam montem hunc supra omnes montes ascendisse.

IV A similitudine. Hieroglyphico faciliter suppeditare modum acutæ propositionis, si nimirum materiam tuam non simili compares, sed sub ipsa similitudine eam tractes, sive laudandam sive superandam suscepens. Sic contra peccatum mortale dicitur illud. Non catenis ferreæ quam hominis facultas interior et exterior ligat et ad inferiorum baratrum detrahit, compares. sed ipsam catenam ferream nominares, quod hominis facultatem interiorem et exteriorem ligat.

V Ex definitionibus Notatione conjugatis et contrariis, potissimum vero repugnantibus fertilem suppeditat campum propositionis acutæ.

VI Dicta Sanctorum Patrum et Scripturæ rariora et quasi à communi sensu abhorrentia, insignem suppeditare materiem acuminis, si nimirum in utramque partem examinentur, postea vero

afferant, decisio minus expectata, quod vim propositionis obtineat.

VII Modus est Nam acutae propositionis nasci ex circumstantiarum consideratione, seu rei adiunctorum, personae, temporis, loci, vel ex consideratione nominis, si de Sancto quopiam, vel viro illustri sit oratio.

VIII Locum acutae propositionis pro Ecclesiasticis et politicis orationibus esse, si Sanctam cum veteribus Sanctis vel aliud virum illustrem cum antiquis Heroibus compares v.g. Ducem quempiam bellicosum ostendas alterum esse Annibalem vel Divum Franciscum esse alterum Eliam.

IX Esse sexcentos alios modos acutae propositionis, quos acutum ingenium propriis suggesserit cuilibet, unde potissima suppellex acuminum petenda est.

QVÆSTIO III.

Quid sit Narratio & quomodo tractanda

Narratio est teste Cicerone explicatio rei et quasi quaedam sedes et fundamentum constituendae fidei

I Ornamentum Narrationis est, ut sit vera clara perspicua et brevis.

II Ornamentum Narrationis peti potest a figuris, maxime

xame Hypotyposi, Suspensione, admiratione, Epiphonema te, Communicatione, Pro Hypotyposi illustre exemplum habet Verrina. 7: i Caedebatur virgis in medio foro Messanae Civis Rom: cum interea nullus gemitus nulla vox alia istius miseri inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur. Nisi haec, Civis Romanus sum. Hac se commemoratione civitatis omnia acerba verbera depulsurum cruciatumque à corpore deiecturum arbitrabatur. Is n̄ modo hoc non perfecit, ut virgarum vim deprecaretur, sed cum implorarct saepius usurparetque nomen civitatis, crux crux inquam infelici et aerumnoso, qui nunquam ista potestatem viderat, parabatur.

Pro Suspensione. Illustre quoque habet exemplum Verrina septima. Quid deinde quid censetis furtum fortasse aut praedam expectatis aliquam, nolite usquequaque eadem quaerere in metu belli furandi qui locus esse potest, expectate facinus, quem vultis in probum vincam ~~tu~~ expectationem omnium.

Pro Exclamatione et admiratione Insigne exemplum habet pro Cluentio. O Mulieris scelus, incredibile et praeter hanc unam in omni vita inauditum! O libidinem effrenatam et indomitam! O Audaciam singularem non timuisse

Sin manus vim Deorum hominumq famam, ad illam ipsam noctem facesq illas nuptiales non limen cubiculi, non cubile filiae, non parietes deniq ipsos Superiorum testes nuptiarum perfregit ac prostravit, omnia cupiditate ac furore, vim ut furorem ~~[illegible]~~. timorem audacia, ratione amentia.

Pro Communicatione Illud pulchrum est septima Verrina. Si Tu apud Persas aut in extrema India deprehensus Verres ad supplicium ducerere quid aliud clamitares, nisi te Civem esse Romanum, et si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atq ultimis gentibus positos, nobile ac Illustre apud omnes nomen tuae Civitatis profuisset, ille quisquis erat quem Tu in crucem rapiebas qui tibi esset ignotq. cum civem Romanum esse diceret, apud te Praetorem. si non effugium, ne moram quidem mortis mentione atq usurpatione Civitatis assequi potuit.

III Ornamentum. Clarationis petitur ab insinuatiuis conglobatis suppresso Verbo. Hic Orator Verrina 6ta Iste unumquodq vas in manum sumere. laudare mirari. Rex gaudere &

6

IV Ornamentum. Narrationis e quando Præsens usurpat pro Præterito.
V Ornamentum Narrationis peti potest à repetitione eorundem temporum quibusunque illa sint sic Tullius pro Milone. Conuocabat tribus se interponebat colloniam nouam delectum perii testimonium Einium scribebat, quanto ille plura miscebat, tanto hic magis conualescebat
VI Ornamentum Narrationis peti potest à participiis conglobatis. Sic Cicero pro Amerino Pater occisus nefarie domus obsessa, ab inimicis bona adempta possessa direpta, filii vita infesta sæpe ferro atque insidiis appetita.
VII Ornamentum Narrationis peti potest à frequenti harum vocum usu: ait infit inquit Notandum vero ante has voces omitti ab historicis participia.

QVÆSTIO IV.

Quid sit confirmatio confutatio peroratio & quomodo tractanda.

Confirmationem definit Tullius lib: de Inventione per quam argumentando nostræ causæ fidem et auctoritatem et firmamentum assumit orator. hoc est in qua probamus causam nostram, quod fit argumentis. Princeps et suprema pars orationis est confirmatio, quam nervos omnes eloquentiæ

continet, et quasi viscera vitamq orationis. Tota spes dicendi persuadendiq posita est in confirmatione et confutatione inquit author ad Herennium lib: 1mo.

Quaeres 1mo Siquidem confirmatio argumentis constare debet, quomodo haec sunt obtinenda. R/ 1mo loco sunt ponenda firmiora argumenta, in fine firmissima, quia quae postremo dicuntur altiq inhaerent in medio debiliora sunt collocanda.

Quaeres 2do qua specie argumentationis exponendae sunt rationes. R/ 1mo Syllogismo Enthymemate Inductione, Soryte, Dilemmate, Exemplo. de quibus omnibus in sua Rhetorica Soares. R/ 2do, Non semper esse omnes rationes eadem argumentationis specie tractandas, ne frequentiam pariat, et repetitio eiusdem artis usq, oculos etiam vulgarium animorum incurrat. 1mo igitur loco per syllogismum 1ma ratio exponi potest. 2do loco per Enthymema. 3tio loco per universum syllogismum vel inductionem aut exemplum.

Confutatio Quod attinet confutationem potest definiri quod contrariorum locorum dissolutio vel oratio qua adversariorum confirmatio argumentis diluitur aut infirmatur. Primus modus confutandi est. A repugnantibus si ostendamus rerum, aut non esse his moribus, aut non ea verba; aut in illo nullos animi

effectus

effrenis motus, aut non tam impotentes fuisse. Sic Cicero Roscium absoluit. Patrem occidit Sextus Roscius qui homo et cet: 2dus modus confutandi est. Ab adiunctis personarum; cum nimirum eam conditionem, sortem, virtutem, consuetudinem, animi affectiones in reo esse ostendimus, quae omnia repugnet et aduersent obiectis criminibus. Tertius modus confutandi est. A consequentibus. Sic opinionem errantis vulgi refutabis, res aduersas putantis malas esse. Si ita est vt infelices habeantur qui grauioribus asperioribusque malis ac rebus conflictantur. Infelices ergo inuictissimi Christi Apostoli, Infelices Athletae, fideique acerrimi defensores Dei Martyres. Imo, dicamne! Infelix et ipse Deus et Parens felicitatis nostrae, quibus non procellis et tempestatibus non est iactatus. Quae non auit ludibriis! aut contemptui! aut ignominiae ad dedecus! aut tormenti ad dolorem! ad quod Te O Christe Max Opt: mouent pietas, voluntas erexerit, amor impulerit. Quartus modus Confutandi est a contemptu Cum per sales et iocos Orationis explodimus aduersarii obiecta. Huc spectant Ironiae, cum timidum appellamus prudentem, et periculorum grauidum, cum hominem prodigum et luxui deditum appellamus magnificum liberalem et cet:

Peroratio Quod perorationem attinet exitus et determinatio totius Orationis dicitur Ciceroni Est

hæc pars orationis et quasi motuum animi consiliandorum sedes, vnde vehementiores requirit figuras. Porro duplex munus perorationis. est alterum enumerationem seu recapitulationem complectitur, dum per totam orationem varie sparsa vno velut aspectu ponit ob oculos.
Alterum munus est, vt quæ dicuntur pondere verborum et sententiarum efferantur varienturque figuris dubitatione præsertim velut anxius quidem se perpendens orator numquid omiserit. Vel quod hic aut ille indicaret, si forte quid audiret, vel certe vtendum frequenti, sed leui præteritione ne omnia referre velle videamur. Sic pro Cluentio Tullius Mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam, Nihil de aliis queror etc. præterea quod est.
At extremum illud moneo vt Sacer Orator maximam qua pollet eloquentiæ vim in peroratione exerat.

CAPVT II.

De aliis modis componendi orationem longiorem tum sacram tum profanam.

QVÆSTIO I.

Quisnam modus est componendi orationem generis demonstrativi et de Passione Christi

I. Modus est. Quando tota Passio, vel vita alicuj, quæ laudanda suscipitur, aut vituperanda Hystorice tractatur. Observanda autem hic sunt quædam ut hystorica tractatio speciem orationis induat et ne nuda Narratio vel Hystoria videatur.

Primum igitur hæc Hystorica narratio, exordio brevi constare solet, quod ducatur ab adiunctis personæ dicentis, vel persona de qua dr, vel circumstantijs temporis, vel magnitudine rerum quas tractandas suscipiunt. Ut si v.g: de Passione dicturus. Incipias exordium à tenuitate facundiæ tuæ quæ impar est maximis Dei hominis cruciatibus referendis, vel ab atrocitate tormentorum vehementia doloris quem Servator Noster exantlavit, non minus indefesso quam hilari animo, vel etiam à circumstantia luctuosi temporis, quo universa Orthodoxi Orbis Resp: festivos plausus et consueta lætitiæ modulamina intermittit, totaque in planctum et nænias versa deplorandis crucifixi Principis Cruciatibus indulget. Sin autem oratio sit Panegyrica, quæ vitam alicuj illustris viri tractandam Hystorice suscepit, tum similiter exordium alicuius poterit

ab imbecillitate ingenij et inopia facundiæ quod tanti viri encomia pro merito celebrare non posset, vel certe a magnitudine et copia illustrium facinorum quibus commemorandis nullum celebrantis sufficiet omnis Oratorum eloquentia, vel certe ab aliqua circumstantia temporis, quod in similibus occasionibus facilem exordij materiam solet subministrare.

II Observandum non solere poni explicatam propositionem in eiusmodi orationibus, sed sufficere si Orator dicat suscepisse narrandos ... mortui Dni. potest tamen terminis quibusdam Metaphoricis propositio involui, sive id fiat in ipso exordij ingressu, sive post exordium: si tamen omnino omittatur nihil contra leges huius orationis peccabitur.

III Notandum est ut non tota Hystoria continuo texatur, sed postquam aliquod factum particulare recensitum tum amplificationibus, figuris, sententijs, similitudinibus ... eruditionibus exornandum non quidem ut haec omnia simul post quodvis factum ponantur, sed varietatis causa, quod delectare solet, modo haec, modo illa, modo plures, modo pauciores prout factum exigit sunt adhibendæ exornationes.

IV Gaudet hæc Oratio transitionibus Nam

cum

Cum diversa et saepe secum connexa facta tractent, transitionem oratoriam adhibere oportet, ne dissolute loqui videamur.

V Non semper in huiusmodi oratione facta eo ordine recensent, quo gesta sunt, sed et aliquando turbari ordo, et expedit ne aut Evangelistam agere videamur aut Historicum, prudenter tamen ordo talis miscendus est, ne quod initio poni exigit, nos praepostera lege ad Epilogum reijciamus, aut quod ad sui meliorem notitiam, aliorum factorum narrationem supponit, nos initio collocemus, et debita destituamus luce.

IV Gaudet hic copia affectuum maxime cum res patheticae recensent, sicuti est luctuosissima urbis Constantinopolis clades. Miscendi vero sunt affectus et alij alijs subnectendi, suppeditabit autem diversitatem affectuum figurarum notitia, sine qua omnis languet Orator.

VII Notandum est, ut quandoque interseratur doctrina aliqua quae mores hominum aut emendat aut reprehendat, tota quidem oratione huic doctrinae locus est, sed potissimum locum habet in Epilogo, vel post grandius quodpiam factum, cuius magnitudine facilius mentes moventur. Et si vero affectus saepe interserendi sint pro exigentia rei gestae quae recensetur maxime tamen et vehementissime excitandi sunt in conclusione.

PRAXIS

Miserum atq luctuosum dies hodierna nobis propo
nit spectaculum. Miserum quia Dei sacræ maiesta
tis solium in funestam infamis ligni speciem commu
tat. Luctuosum quia non adorandum Regis caput,
non purpurati Patriæ Patres, Non victores populorum
Cæsares, sed cæli, terræq Imperator, naturæ immorta
lis atq mortalis author, Regum terror, fulmen Cæsa=
rum. Verbo dicam: DEus Dei Opt: Max: in probro
sam contumeliarum scenam educitur. Video multis
vulneribus liuidum, qui magnus è cælis venit medicus,
Video sputis et squalore deformatum, qui candor
est æternæ lucis. Video vrbe et orbe proscrip
tum, qui cæli terræq hæres est. Video flagellatum,
qui æterno supplicio addicit impios. Video spinis
coronatum, qui beatos coronat cælites. Video sub
infami crucis mole fatiscentem, qui cælorum et ter
rarum pondera infractus supportat Atlas. Video vno
Verbo vno Incarnatum DEi Verbum
absolutum Deum hominem in cruce distentum,
qui homini Deum in cælis coniungit. Adeste tam
luctuoso spectaculo lachrymis ô cæli terræq
Oculi Vniuersi! adeste cordium delicias, amores

amori

amorum amori! sanguinei rubicundo malis! ô castitum atq mortalium pectora! ego obmutescenti verbo, balbutienti adero lingua! Ut quid est Orator! eum defendam quem omnes hodie condemnant Judices; sed quia patienti verbo nulla re nos rectiq posse compati existimo quam lingua sso. Primam doloris scenam, an amoris persona in horto personatus amor aperit. Postquam scilicet coenaculo indulsisset Deus delicijs, placet et in horto delicias quaerere, sed invenit spinas suas rosa, invenit sua spicula amor, reperit suos luctus gaudium universi, non sine ingenti doloris sensu avulsus à discipulis montis supercilium paris arboribus consitum inclinato corpore pronus ascendit Patrem oraturus. Cur à chara Triade tuorum optime JESU avelleris? qui perenni vinculo sacrosanctae illi iungeris Trinitati? Cur excelsi montis fastigia occupas? qui omnium hodie terreris pedibus. cur paris olivam ambis? qui ad formidolosam exposcens pugnam. Cur pronus terrae allidens? qui hodie pro causa nostra erectus stare debes. Respondet sanguine exaratus lutens Verbum Incarnatum et cum pro causa sua hodie vise sit locuturum, vocis loco sanguineo eloquentiae flumine capit esse disertum, Cur igitur à discipulis sit divulsus? cur in excelsi Montis cacumine? cur in

pacis theatro! cur humo affixus! tot linguis loquitur, quot cruentis cælum et terram Deum et homines inclamat vocibus. Ecce quam urna Pontificum Regum, Cæsarum Tribunalia hodie rejiciunt, in umbratili a tribus discipulis avulsione, meam ipse invenio reiectionem. ecce quam sublimes fastuum mentes, superba indicum supercilia deprimant, in alti montis supercilio attollor, Ecce qui pacifica ramum Oliuæ Orthodoxæ christianorum arcæ inferam, iam oliueti montem sedulus lustro, si quem optatum pacis ramum decerpam. His perenne patris verbum sanguineis vocibus ad nos perorat, postquam obstinatam sua lingua silentium indixisset, usque ad crucis cathedram seruandum. Irrumpunt interea hortum furentium agmina militum scelerum antesignano Iuda. Præfert tenebris facem ut Solem videant, accendit nocturnos ignes, ut diem intueantur. Adest lucerna Diogenes, ut hominem Deum inueniat. reperiunt tandem in tenebris lucem, in nocte diem, in horto florem campi, sub dio Deum reperiunt, Reperiunt inquam ut amittant, tenent ne habeant, comprehendunt, ne capiant, vincula inyciunt, ut libertatem perdant. Ducunt caute, transite ut aberrent. Ingrediuntur Hierosolyma ne cælestem ingrediantur Ierusalem. Quo quo scelesti

lesti pergitis Erroris cohortes! Itane à recti trami te deflectitis? qui rectissimam in manibus viam habetis! Itane ad mortis supplicia properatis? qui perennem ducatis vitam. Itane mendaciorum tribunalia aditis? cum Christo sit vobis veritas. Sistite Capitis furiæ! Sistite amentes animæ. Verum quid inanibus eos detineam verbis, qui Verbum tenent incarnatum, nihil solutam dicendi facultatem curant, postquam ligando Verbo tanto studio se addixerunt.
Rapitur igitur innocentissimus agnus ad cruentam victimam, pura hostia ad impios Sacerdotes, ovis ad lupos, omnium criminum innocens, ad æternæ mortis reos: nisi et ipse Deus reus dici amet, postquam se nobis tanto obstrinxisset amore. Quid vero iam pro amoris captivo, charitatis reo, apud sacra Pontificum fastigia, mea perorabit lingua? An Iudicum barbariem accusabo? expertem peccati integritatem tuebor? an iniquitatem militum arguam? pro Deo Loquar? an contra homines agam? tutissimum firmabor in iudicio? an causa imbelles refringam? an potentissimo argumentorum robur addam? an infirmitatem hominum arguam? Vivorum et mortuorum Iudici patrocinabor? an omni ope destitutos oppugnabo? non vult integritatem suam non defendi christus, ubi Iudebe

æquitatis insignia, ustitiæ usteram, vestem Pontificiam laceravit, non vult rationum momentis suam stabiliri causam, vbi ferri pondere opprimitur innocentia; non vult pro se perorari, vbi æterno verbo ferrea manu imponit silentium; Dicam tamen, et ✝ inter ferri mi:nas Stygios non expavescam Rhadamantos! non iniquissima Iudicum Tribunalia! non criminum Sedes! non Iuris divini atque humani exitium! non Veritatis pernicies! ô Mendaciorum Patres. Itane ferro etiam innocentiam corrumpi sinitis? quam non nisi auri pretio iniquissimi prostituunt. Itane super impositis reo vestibus causam examinatis? cui omnia detrahenda forent, vt penitus veritatem inspiceretis. Itane vultum et oculos reo obtegi tis? quem cognoscere Iudices debetis. Spectas hoc ô æquissima rerum vindex Nemesis, neque impias Iudicium Sedes, flammis vltricibus involvis? Spectatis id astrorum Principes, ac dilectissimi Regi vestro asseclæ, neque latera vestra pro Domino opponitis? Spectatis id Orbis vniversi incolæ, ne pectorum tutelâ caput vestrum propugnatis? Sed non patitur innocentiam suam patientissimus Deo minus alieno subsidio defendi; qui propria se non vult tueri virtute. Non patitur Ecclesiæ Sortes

hostes sibi patrocinari, qui olim se potestati tenebrarum obiecit Adam. Desertus igitur ab omnibus, cæli terræque ope destitutus, tandem et propriis, quibus innocentiam tuebatur, vestibus denudatur. Adeo nimirum causa omni se abdicat aliorum patrocinio Christus, ut ab omnibus desertus, neminem ipse deserat, à cunctis derelictus, universos suscipiat; omnibusque spoliatus, cunctos gloriæ luce, seu vestimento induat. Nudatur ergo ille cui oculis nuda et aperta sunt omnia, nudatur vestibus qui cœlum ornat sideribus, terram pingit floribus. Nudatur vestibus, qui Regum atque Imperatorum capita ornat diademate, dextris sceptra ingerit, purpura augustos Principum circumdat humeros. Nudatur charitas quæ multitudinem operit peccatorum, exuitur innocentia, quæ reos criminibus absolvit, spoliatur thesaurus, qui ditat egenos: diripitur ærarium, quo universa mortalium vectitat Respublica. neque satis est spoliari divitias, denudari maiestatem: nisi quoque marmoreæ adstringatur columnæ petra durissima. Quis hic tam fulminantes flagellorum ictus, armata verberum agmina, inordinatos cædentium ordines oratione recenseat? Non patiuntur se Oratorum numeris adstringi, qui omnem cædendo numerum excesserunt, Naufragari hic in sanguineo Oceano, et ad ingentem

marmoris scopulum allidi orationem non necesse adeo decumanis, maiores furunt flagellantium tempestates, o furor cædentium! o patientis amor! vbi in triumphalem colossum marmorea moles assurgat. dicite spectatores Angeli. dicite auditores mortales plus perferre amor potest noster, quam furor inferre. Vicit ergo amor vincenti triumphatrix pyramis, perenne erit victoriæ monumentum; nec desunt victricia triumphatori contra furorem insignia v in spinoso diademate, et levi arundine petita, sic nimirum triumphare eum deceat, qui vincit, furorem amor, dolorem patientia. Adeste iam effusis astris cælitum catervæ, et inauguratum cælorum principem promptis adorate studijs. Adeste mæsta mortalium agmina, et adoratum orbi caput, Regem dolorum vnanimi colite obsequio. Discite vos cælis in terris mentes, magnæ orbis animæ, augusta capita maiestatem vestram ita subiectis proponere populis, vt humanæ sitis memores infirmitatis. Ecce Rex Noster Christus, et virorum nouissimus, ecce ornatus diademate, et spinis coronatus. Ecce sceptro insignis, et populi ludibrium. Ecce Deus et Homo. Vtinam ô Sancta Hierosolima, mixta huic maiestati opprobria iunctam gloriæ ignominiam Regem servo vnitum agnosceres, neutiquam cum latro

nibus accenseres, urbe eyceres, et infami affligeres patibulo. Verum egredere iam, egredere urbe scaleribus oppleta plenitudo sanctitatis. eripe te ex hostium consortio et tuorum subi pectora amicorum. Suppone trabali ponderi fractos doloribus humeros infracte Atlas. conscende extremum vitæ nostræ mortis tuæ theatrum: Labens iterum atque iterum sub gravissima crucis mole invicte amor. Sed stetisses vero sub trabali pondere erectus, nisi te super imposita crucis peccata nostra in ruinam depressissent. Ecce vero Deum ipsum moles peccati in terram deprimit, quem immensa cæli terræque ponderа non fatigant. Eluctatur tamen ad celsissimi montis, an altissimæ mentis fastigia humillimo aspectu, moribus despectissimus IESVS. Eluctatur inquam et beatam vitæ coronidem impositurus maledicto affigitur ligno. Ô duram inconcinnam quadrimembrem illam manuum ac pedum pendulum, quam ferreus ille et obtusus exaravit clavorum calamus in salutis nostræ conclusionem. Ô dextram fulmine non calamo ornatam! ô miram divinæ suspensionis figuram! quid agis scelesta impia barbara, infanda militum phalanx! Itane agere non antecessas, quam pati desinat Deus! Itane eum ad infame patibulum sustulisti! qui ad Regia

cali solia nos evecturi! Itane manus illas perforas, quæ cæli fores reserant: crucis effigis quæ nos Stygi mancipatos in libertatem asserunt, Sanguine exacu euas, quæ maria implent, è cælo rores, è nubibus pluuiam educunt. Itane pedes clauis configis, qui salutis publicæ cā, tot regna tot disertissimas populis et moribus vrbes peragrauit, qui tot lectissimis virtutum vestigijs iter ad astra signauit. Itane denuum et inmortuo crudelitatis tuæ argumenta desen[sisti]! non modo sanguineo vt furore tuum imprimeres, sed et aqueo vt iniquitatem tuā adumbrares characterē. Verum quid ego Iudæorum accusem furorem, quid militum Romanorum damne iniquitatem! Ego ego ipse Iudæis crudelior Romanis iniquior scenam hanc doloris et furoris instruxi. Ego clauos suggessi, malleum dextrâ inseui, ego cadentes animaui, ego spinas et tribulos, maledicta terra genui, genitos collegi, ~~coronam~~ collectos in coronam texui, textos capiti impressi. Ego vincula suppeditaui, cum marmoreæ alligaret columnæ. Ego duro stringebam nexu: Ego flagella subministraui, dextram ad flagellan

dū

dum impuli, itq utrisq addidi, et cum ferientis dextra lasse, fere lassa, vires nouas addidi. Ego per tribunalia circumduxi, conuicia commentus sum accusaui, condemnaui, Ego sudo faces parraui, paratas accendi, accensas extuli. Ego in horto sanguineum sudorem elicui qui in Paradiso cum Adamo pomum vetitum decerpsi. Ego dolorum causa malorum omnium seges materies, et augmentum tragediæ vniuersæ. Sed qui tibi caa extiti patiendi moriendiq ô salutis nostræ reparator intime et optime. Tu mihi quoq sis efficax vitæ immortalitatis remedium, vt qui te maleficentis morti tradidi Tu me tuis beneficijs vitæ addas sempiternæ DIXI.

QVÆSTIO. II.

Quis 2dus modus sit Oronem. Panegyricam tum sacram tum pfana Scribendi, & Oronem de Xti Passione

Modus IIdus

Quando tota Passio. v illustria facta alicuius Herois Historice quidem tractatur. Sed hac lege perpetua, vt singulis facta sua acumina, vel ~~fere~~ graues

sententiæ, & matura sensa subjungant eruditorum hic modus est cujus plura exempla reperiuntur inter quinquaginta Orationes de christi passione a Rhetoribus Societatis editas.

I Adminiculum scribendæ huiuscemodi orationis est excogitare ante, et colligere rationes acutas de singulis mysterijs Passionis. Vel si Panegyricabit de factis cuiuspiam celebris Herois, quod postea in oratione exornes.

II Adminiculum est habere in promptu sententias Authorum, quæ possunt subnecti factis illustribus ijs maxime, quæ sunt capaciora sensus ac doctrinæ moralis.

III Adminiculum est Eruditio profana huius usque et sicuti gratus occidere solet, ita in huiuscemodi Orationibus grauis esse debet, et plerumque paucis verbis usurpatur. Requirit vero hic modus orationis Stylum grauem Laconicum, et ut vocant Senecanum amplificationibus figuris, fusis dictionibus locus hic non est, omnia acumine, sententijs, sensis volunt efferri.

PRAXIS

Panegyristica in Laudem D. Catharinæ

Imbelle illud Philosophorum erat ingenium: quod tenellæ Virginis vittas debuit cedere manus. Auditores.

Quamquam

Quanqum nunqum nobiliorem retulistis palmam sapientiæ ô Philosophi! quam dum insitiæ rotam flammarum corpori vestro infixit Maximinus. Pulchrum erat dedecus, gloria labes, doctissima ignorantia, femineæ viri esse imparem disputando, quia quibus sauciabat telis vestra ingenia, ijsdem insanas curabat mentes. Habent hoc Orthodoxæ sapientiæ spicula, ut quorum vita prosternunt ingenia animos ad veritatem euehant victores. Nulli nimirum in christianæ veritatis solio datur victoria, nisi victis. nulli triumphare conceditur, nisi qui armis et castris pass[us] esse cæcum. Sed videte magni certaminis inuictam Amazonem D. Catharinam, videte tenellam Virginem, et martijs fortiorem Heroibus cogitate, videte ducem sine armis, armatam, sine milite, innumeris munitam præsidijs, magna virtutum agmina explicantem et solam. Rara pugna species peregrina militandi ratio, inuisa castrorum facies, ubi contra errorum flammas mitte pugnauit ingenium, contra speciosam pulchritudinem intemerata dimicauit pudicitia, contra errorum noctem veritatis splendor decertauit, non has nitis animi vires noscet Maximinus, quem impotens mentis furor, in meridiana veritatis luce excæcauit. Non hoc illibati pudoris robur supe

rabit, enervatq Caesar, quem insana voluptatum libido ante pugnam prostrauit. Non haec Sapientiae spicula versutq obseruauit Philosophus, quem caeca Deorum idola Cimeriis inuoluerunt tenebris: deligat furoris sui Theatrum Alexandriam. furibundus Imperator, explicet amentiae suae castra toto orientis imperio, accersat publico edictu vniuersam ad Deorum sacrificia Aegyptum, tota haec furoris Caesaris scena in victoriam mitissimae Virgini agentur, bene Alexandriam pugnae designaat: non enim alia Vrbs tantae Virgini suffectura fuisset, cuius virtutum amplitudo totum implet orbem. Decebat sane vt quam Vrbem magnus ille Orbis Domitor Alexander creditq condidisse, hanc Alexandro maior Catharina, victoriae suae immortale nanciscatur trophaeum. Confluat huc artifex fabularum Oriens, vt funestam errorum noctem celebret, debitme liorem diem pientissima Veri numinis cultrix Diua Catharina, facietq inaudito stratagematis prodigio, vt caliginosq errorum Oriens occidat, et Occidens Orthodoxa veritas oriatq. Felicuores incorrupta Sapientiae Philosophos sine partu pariet pudicissima Virgo, quos foecunda Mater Aegyptq tot retro saeculis, non tam in lucem

quam

qm in tenebras edidit Philosophicos tenebriones. At frustra Alexandriam nomini suo ostentando aperit Maxentius, qm melius clausisset et suæ occultandæ ignominiæ. Et optaret ille quidem suo cinere et incinerato Alexandriæ manibq tantum sepeliri, claudiq scelus, nisi victrices Virginis lauri e fæcundo illo candidi roris imbre perpetuo nascerent,) non modo ad immortalem Virginis gloriam conseruandam, verum etiam ad perennem Tyranni immanitatem contestandam. Prospicit quot annis ex alta obliuione in pompam triumphatricis nostræ rediuiuus sub triumphata purpura Tyrannq, et vt pulchra spectacula deformes etiam solet larvæ exornare, ita quauis larvâ fœdior Maximinq scenam Virginei triumphi sua condecorat turpitudine. Adest virgineo purpurio copiosa sacrificantium multitudine cinctq inter omnes quas immolabant animantium victimas, ipse solus immanissima bellua. Adest aureo sublimis solio tecto animi superbia, toruoq arrogantes super cilio, magis elatq frontem impudens et seuera exasperauit maiestas. oculos non minq inflammatas furor quam insanq libidinis æstq accendit, strepit vndique armatorum satellitio, fremit ciuium superstitiosa Mistarum cohors, omnes dis pari studio

et officio tenent. Sed pari unoque furore in Catharinæ exitium omnes conspirarunt. Adest quoque proviso certamine impavida Herois, galeata Pallade munitior contra sexcentos foris animosque insani impetus sola virtute instructa. Confligunt utrinque diversissima hostium agmina, Bellona nostra superstitiosas aras sacrilegiis contaminatas victimis increpat, sacrosque honores delubris exhibitos detestatur, ipsumque Maximinum tanquam summum inter tot scelera scelus imperterrita execratur. Alio stratagemmate utendum ratus, Dux improbissimus, iras intra blanda vultus Lenocinia abscondit, ut marti Virgineo acerrimo impetu se opponat. opponit nullo maximas se exerturum vires contra illibatum pectus opinans, si aut omnes contineat aut exarat minimas. Quos igitur ad Religiosam severitatem obtutus Virgo piissime atrox composuerat, et ad castigandam scelesti Principis impietatem vibraverat, ille amoris ad fallacem blanditiam ementitus oculus reprimebat. Quos hic asperos monitus iaciebat, ille sermone blandissimo retundebat, quum Dei sceleris vituperia Virgo in scelestum vibrabat, ille encomia venustissimi corporis in Virginem refringebat.

Certa

Certabat vtrinque acri telorum agmine, sed acerrime certabat maximinus, quia blandissime, cederet tamen irrito conatu acerrima tyranni lenocinia, tantumque vanus potuit amor, quantum Lenonis ingenium in Leonis valet furores. Nihil totius Orientis Regna imbellis foeminae pectus flectebat, quam ad caeterorum sceptra Deus destinauerat. Nihil ingentes opum Thesauri, totaque Imperatoris opulentia vano auri fulgore oculos eius perstringebat cuius mixtus Eneis splendor luce meridiana clarius apparebat. Nihil denique Caesarii gloria diadematis, Augusti magnificentia solij inconcussam pulsabant mentem, quae totam orbis vastitatem puncto vno definierat, Maius ac amplius Catharinae pectus erat, quam vt Orbis totius Imperia illud explerent, altiora fastigia occupauerat celsissima Virginis Virtus, quam vt humiles Tyranni blanditiae eo pertingerent. Perstitit illa seu rupes Marpesia ad omnes impotentissimi hostis insultus, nec quidquam illibatum integritatis decus alienus corrupit olitor. Quemadmodum tot amnes tantum superne deiectorum imbrium, tanta meditatorum vis fontium non mutant saporem

maris, nec remittunt quidem ita aduersarum impetus voluptatu non vertunt magnae mentis cogitationes. Habet nimirum id adulta maturaque animi virtus, vt si diuturna cum blando hoste pugna ferueat callum per iniurias obducat, neque a pessimo bono emolliatur. Quanta vero voluptati quantoque gaudio Ingenis Immortalibus censetis fuisse colluctantis Virginis cum impio Tyranno palestram, fuit procul dubio tam rarum in orbe spectaculum quod in admirationem etiam Empyreos spiritus coeli euocasset et opinor. Gratam principium scenam aperit qui intentus Leonis in cursum pertulit, tantoque spectaculum est gratius, quanto id nobilior fecit, sed non sunt ista humanae leuitatis oblectamenta quae possint Deus Opt: Max Numinis vultum in se vertere. Ecce spectaculum dignum (Romanus olim dixerat Sapiens) ad quod respiciat intenti operi suo Deus. Ecce par Deo dignum animus fortis cum blanda fortuna compositus. Non video quid habeat in terris conditor coelorum pulchrius, dum conuertit in mortales mentem quam vt spectet animum nostrum, siue inter publicas Orbis minas erectum, siue inter

euanes

inter evanescentis illecebras voluptatis immotum.
Stetit invictissima Bellona nostra inter contagiosas Leno
cinantis Tyranni blanditias, inconcussa stetit altissimo
orbe altior dum oblatos Imperij fasces contemptu calca
uit, stetit augustis superior capitibus, dum fastuosa Maxi
mini diademata minimi æstimauit. Cecidit verò tenellæ Vir
gini impar tyrannus, virgineidecoris telo necdum inten
tato saucius. Neque modo ad Virginei Martis victoriam
satis erat semel triumphatum cecidisse hostem, bis
victus est qui semel pugnauit duntaxat, tanta hos
tis erat ignauia! tanta dimicantis Virginis fortitudo,
Occubuit primo vilis illa Cæsaris anima non ferro
hostili, neque cætera, sed vt in Maximino maximam dis
ceremus vecordiam, venusto Virginei vultus flore oc
cubuit. Quanta Maximini qui imperia vincere debe=
rat, infirmitas! quando imbellis formæ flosculus
omnes Imperatorij pectoris vires inminuit et elisit.
Occubuit deinde proprio oculorum vulnere turpiter
saucius quibus dum alienis Spolator inhiat virtuti, sua
ipse enecat quamquam quid virtus reperiri poterat a=
pud eum, qui orientem sceleribus impleuerat, totus
insuper in id vnum incumbebat vt turpe facinus de
Imperatore triumpharet. Huc ergo munificæ specta

bant opum polliciationes. Hic Mareoticis imbuta succis venena; hic Cypri ignes vesano collucentes pectore, ut patrando criminj nefariam offerrent facem. Sed frustra blando certamine Virginis animum Tyrannus experitur quem ad durorem lucram ferrum evocat. Frustra blandientis fortuna risu ejus virtutem periclitatur, quae rotarum minas, ignium terrores sereno ridebit vultu. Ignava ingenia felicitatis temperantia subiacent: at calamitates, terroresque mortalium sub iugum mittere, hoc magni pectoris proprium est, haec Cathari nae debita virtus. Audet congredi cum hoste, via ci parato quod non sine periculo vincit, vincitque sine gloria, ignominiam Atleta reputat cum inferiore componi. Languida indoles et in somnum iturа, aut in vigiliam somno similimam inertibus nectitur elementis, generosi spiritus duriore fato opus habet. Fortissima igitur calamitatum agmina, confertissimam rotarum flammarumque aciem Catharina sibi parem adsciscit. Et iam e carcere carens antro educta prodit non alio quam lictorum comitatu stipata Sat tamen contra ferri flammarumque vires munita dum Virtutis longe lateque ~~latentium~~ eguentius corona cingitur.

gongue

quanquam neque in Cimmeriis profundissimi antri latebris publico Catharina aberat. Non enim poterat latere, cui semper à latere virtus fuit, iam vero lictorum turbam immanium Satellitum phalanges, sordidi Tyranni furor evocet, iubeat tormenta, cruces, rogos instrui, expediat virgarum fasces, boum nervos, et à lacertosis hominibus durissima immanitate toto corpore laceret tenella Virgo, donec diante partim cute, partim sanguine omnibus manat artubus, partim teterrimo spectaculo liquefiat, plus Catharinae virtus perferre, quam Tyranni ferocia inferre potest. Corpora quidem exiguo concidunt vulnere et magnarum virium mole, etiam vitaque humanam desistere impellit at in alto latet spiritus, nec utique ferro eximi potest, non timet inflicto vulnere sua explorari praecordia virtus, dum sincero hospitat animo. Tota Urbs suis penè evulsa sedibus, in tantae Virginis admiratione defixa obstupescit, sola suam non miratur Catharina fortitudinem, quia non peregrina sed domestica, semper in eius pectore versabatur. Quid vero impie Tyranne à maxima #Maximine crudelitate ducte# quid iam ages? nondum Virginis integritatem invictam animi constantiam advertis?

nondum tuam victricem amentiæ pronus veneraris? tanta est (pro dolor) obstinatæ in flagitio mentis cæcitas, tanta vindictæ capiendæ aviditas, ut pari audeat certare robore cum solidissima virtute. Plenus ergo amentiæ immanissimus latro Virgineum lictorum securibus iubet subijcere. Exporrigit illa impavidum collum gladio, lictor candidam ferro prosternit cervicem, avellitur (proh immane facinus) a Virgineo corpore innocuum caput, non poterat tanta tam ampla vastaque anima nisi magno exire vulnere. Impar iam et angustum corporis spatium cum eius magnitudinem amplius non caperet violenta ad æternitatem via erupit. Immani quidem ferro commissura cervicis soluta est, et ut articulus ille qui caput collumque commiserat incisus est. Sacra illa moles corruit, at impervia ferro ad sublimem animum fuit semita, illud ipsum quod vocatur mori quo anima discessit a corpore levius fuit, quam ut sinceram virtutem a suo corpore dissociaret. O felicem Virgineæ mentis exitum! non poterat meliore ostio stellatam illam adire patriam quam lactea effusi roris semita. Agite iam

iam quidquid integerrimæ virtutis cultores ad esty;
quod quid veræ sapientiæ magistram ambitis discipuli:
Discite lenocinantis fortunæ inimicos temnere fauores,
discite pro virtutis comitis vitæ spiritum liberali offerre
pectore, discite non mole Partheniæ virtutis ee do
cumentum DIXI.

QVÆSTIO III

Quis 3tius modus sit Panegyricum tum sacram, tum profanam componendi & de Passione Xti MODVS III

Orationis componendæ de Passione Christi vel cuius cunque Panegyricæ est quando tota oratio reuocatur ad propositionem aliquam ita vt ea quæ per primum et 2dum modum tractantur hystorice per quatuor communes partes orationis absoluantur.

I Igitur necessarium est vt propositio aliqua inueniatur accomoda materiæ præsenti ad quam specialiora puncta seu gesta vel misteria reuocentur.

II Necessarium est vt argumenta quæ assumuntur ad proponendam propositionem eiusmodi sint quæ vim sua et robur sumunt in pecuniis Misteriis Passionis aut præcipuis gestis viri qui laudatur si oratio sit Panegyrica. Assumere enim argumenta quæ vagari

b

tur extra materiam Passionis aut gestorum e minus apte loqui ad rem de proposito

3tio Necessarium est ne argumenta extrahant ad longiores discursus universales et propositiones maiores. Nam cum potissima vis orationis Panegyricae aut de Passione Christi dependeat à particularibus factis et mysteriis multum conferat ad hanc doctrinam et maximam orationis partem implet discursibus generalibus. Est igitur generis argumenti huic generi dicendi accomodissimum Enthymema

4to est Necessarium est ut dum de consilio ad particularia facta et mysteria habeant in promptu supellex eruditionum sententiarum etc. quae Oratorie exornent quodlibet gestum aut saltem maioris momenti

Quod attinet exordium et reliquam dispositionem totius Orationis non sunt haec dissimilia ab aliarum orationum methodo quae triplex communes constituit

QVÆSTIO. IV.

Quis 4tus modus sit Panegyrim tam sacram tum profanam componendi Orationem de Xti Passione.

MODVS IV.

Orationem componendi de Passione Christi vel quamcunque aliam generis demonstrativi, quo unum duntaxat factum celebratur, vel Mysterium Passionis, quod assumitur tota Oratione tractandum.

Porro haec observanda sunt hoc modo.

1mo Exponitur breviter ipsum factum vel mysterium et haec Expositio exordij loco esse solet. Vel si distinctum Exordium placet assumere, potest id peti ex communibus fontibus Exordiorum. Optimum tamen et huic materiae accomodatissimum est a distributione partium. Ut si nimirum dicas: plurima quidem et eaque amplissima auditori materiam dicendi offerant, et scilicet hoc illudque pulcherrimum facinus. V.g. Fortitudinem bellicam, studium boni publici, eximiam literarum scientiam etc. quae omnia copiosissimam Orationem et encomiorum argumenta suppeditant. Sed cum omnibus celebrandis impar sit Eloquentiae facultas, unum te ex omnibus velle celebrare ex quo caeterorum pulchritudinem.

Et

et gloriam aequus rerum arbiter facile possit colligere. Similiter faciendum est in Oratione de Passione Christi si Exordium ducas a partium distributione, dicendo v.g. Innumerum est plangendi materiem dum luctuosissimum morientis Dei theatrum diligenti cogitatione perlustras, et hortum sanguineo sudore respersum, ceu patentissimum non florum sed dolorum campum, vecinaque illa Pontificum et sacri senatus subsellia in quibus vita morti addicitur, oculi intima pectorum scrutantes velantur, facies ipsis splendidior lutulenta Mephiti dedecoratur, et Romani Praesidis Tribunal in quo pietatem accusat iniquitas, veritatem criminatur mendacium, aequitatem condemnat injustitia, et immane illud et e marmore formata columna ad quam invictus ille bis Hercules infractus labascit. Atlas etc. Verum ex his omnibus unum te eligere dicens v.g. Hortum tanquam dolorum omnium triste exordium

2do. Si Exordium a distributione ptium v ex aliquo alio fonte retah. 2do loco erit exponendum mysterium v celebre factum qd laudandum assumit.

3tio Post breuem Exponem mysterij v ill. lustris facti fit instituti amplificaõ p descriptionem circumstantiarum illo versiculo

Quis quid vbi quibq auxilijs cur qmdo etc.

Ita tn vt singula circumstantia seorsim tractentur, quo fit vt Oraõ satis ampla euadat

4tõ. Aduertendum e vt si circumstantia sup bra dicto mo tractentur, alio et alio semper modo varient. Ne repetita similitudo tadium pareat. Iuuabit vc ad hanc diuersitatem

1mo figurarum varietas. vt scilt alijs circumstantijs, alia quoq respondeant figura

2do Varietatem faciet si alio modo exornes circumstantias v G 1ma a simili 2da a contrario 3tia ab vtroq quartam a dfinitione 5tam a sententia 3tio Pariet diversitatem diuersa amplificaones vt siglibet

circum

5. Circumstantia a alia amplificatione expolias.

6. Ito. Si non placet assumptum mysterii aut factum tractare per circumstantias potes illud tractare afferendo varias rationes a certas sententias etc. v.g. Si potes de horto, in quo Christus sanguinem sudavit, potes imprimis afferre rationes et sensa cur in horto inceperit. Passionem, cur in horto oraverit, cur prostratus in terram, cur toto corpore sanguinem sudaverit.

Ito. Subiungi solet brevis conclusio quae aliquo graviore acumine finitur vel vehementi affectu per figuram tractato vel certe adhortatione ad Auditorem

PRAXIS PANEGYRica.

In laudem D. Catharinæ

In qua miraculum illud postumum celebratur, cum nimirum lac e collo post eius decolationem emanavit

6 Post graves illas cum Philosophis luctas

post

Post diuturna cum Maximino certamina.
Tandem colla ferro subiecit heroina D. Ca-
tharina, caue tu ferro prostratam dixeris
cuius incorrupta virtutis integritas luculen-
tum a candido effusi sanguinis imo venam
dicat testimonium. Quis eam in difficil-
lima illa cum blando hoste pugna efferbuisse
dicat, cui omnem libidinis aestum abfuisse
exangue pectus testatur. Liberam omnino
atq immunem a Cypriis sanguinibus vixis-
se Parthenii lactis e collo rivi declarat
fluentum. Quanta vero tua immanissi-
me Tyranne crudelitas fuerit e necesse ad
cuius truculentiam memoriam etiam post fata
Virgineus cruor expalluit. Fallor tu nisi
potius superari turpis oblectamenti uiteriam
ipso in sano oblectamento dulciorem ec
in effusi lactis dulcedine nobis exhibere
volueris voluptatem. Triumphantis Cathari-
na etiamnum a morte suauissimus ille ca-
stimonia sapor nos afficit; dum candidam
illam

illam postremi lactis suavitatem quotannis degu-
stamus. Gustate Parthenicae mentes quam suaves
sint blanditias carere blanditiis, quam volupe
sit casto corpori vivere sine voluptate. Quid
aliud magnus ille Virginis animus post relata
ab impudico hoste victoriam Deo libet quam
Lacteum servari candoris rorem. Fuerit solen-
ne fabulosae vetustati mortuorum monumenta
lacteo signare lapide; sed Parthenonis viri immor-
talia meliori vita signat trophaea. Si Lacteam
esse aliquam semitam coelis cognatam atque iter-
minam doctissimus quinquaginta Philoso-
phorum senatus, vere Lacteam extitisse viam
coelis notissimam, quando soluta ab integerrimo
corpore Virginis anima in amplissimo aestu
Lactis Oceano ad astra enavigavit. Oppor-
tune Lacteum hoc suis Philosophis instruxit
Vea Virgo balneum, memor quod tot filios fe-
cunda Mater genuisset, quot a blandiis-
et ad innocentis mentis pudorem efformavit
quod satius inveniri poterat Virgineo cando-
re abstersit olim oculorum caliginem lactis

me

medicamento Atheniensium quispiam re,
ste Plutarcho at meliore pharmaco totam
errorum noctem hodie eluit Martyr nra
qndo caligantes orientis oculos fuso in Phar
macum lacte illuminauit. sed desiteat quispiam
medicatrices nra a lacteo pharmaco Ducd
Catharina desen: illud certe desistere potent
nemo, candido lactis e collo manantis ar
gumento Catharinam debuisse probare vt eã
fuisse Virginem Orbi constaret. Quis non
tanta animi fortitudine Orientis impato
ri reluctantem, qs doctissima Philosopho
rum ingenia confutantem imbellem credi
disset puellam; et ô potius aut rediuiuum fei
culem contentosas hydras amputantem capita
putasset. aut. Magnum Orbis domitorem
Alexandrum iterum subiuga Reges mitten
tem renatu existimasset: nisi Martyr Fore
maiores ausq suos in fœmineo pectore. suspi
cabatur certa notitia e lactis à coelo desum
testimonio didicisset. Illa omnia praeclara
eius virtutum specimina generarià orbis ca

pita

capita superabant magis sublimi pectus, at hanc id
negabat. Hoc unum quod laude manaret fœ
mina bellatorum animos et virtutes etiam
in imbelli sexu inveniri edocebat. Adulo
late enim adulate certi esse Virginea indole
spiritus Angelici simulaire Virgineum cor
pus intemerati Principes, decet enim vero raro
cœli prodigio empyreos spiritus in funeris pom
pam effundi, ubi pullatos luctus candida
marium decora jubent abesse. Alia certe fu
nebris diei facies esse non debebat, quam cœlestium
Angelorum blue festiva supponite Virgineo
molli atlantes humeros, aut si masculis por
te illibatis manibus sacra corporis pignora.
Nihil est quod suo candori a terreno extincti
corporis pulvere Angelica metuant manus
candidum est purissimi animi nuper inhospi
tantis domicilium, et hæc adhuc recentia can
doris vestigia laude manant. Nulla hic o
mnis simili Genii furoris aut rarum timete.
crimina abest criminis macula, abest sanguinis

ne lenta furoris oculis nota. Non minor credi-
te Parthenonam nam etiam extinctam horruis-
set alienis attrectari manibus quam propriis est
tam vivis haud dissimiles vidca timebat
quam vel his modo timor forte subeat virgineas
versare exuvias. Dum candida, lacri-
testigia advertitis timete an non etiam ad
Angelicos attactus pudicissima Virgo ex-
palluerit, ut ut sit, colligite intrepidi supra
humeros sacra pignora nullum sanguinis la-
tem cum mortalibus habet exanguis Virgo
sola Angelica cognationis officia et pietatem
operit. Vobis affinem cognatamque esse ex nostri
ssimi candoris lineamentis potestis agno-
scere. Nos sacro funeri venerabundi
tenem succedentes cogitatione quam dulce
iucundum sit pro Christo mortem oppetere, et
suavissimo imbre quem moriens videlit mi-
litabimus, Dicemus quam remotissimum ab o-
mnis vindictae specie eius animum semper
fuisse quem nulla sanguinis vestigia si-
tibunda alieni cruoris testantur dicemus

suauis

suauissimum flexanimæ eius facundiæ flumen quo adamantina illa Philosophorum pectora tot annorum sceleribus indurata ad fidei obsequia emolliuit. Dicemus unquam Lacteum hoc Reginæ animorum Eloquentiæ flumen ab huius corpore ubi facundissima illa suada hospitabatur emanare. Dicemus tamen uno, eandem integram sanctamque duxisse uitam ut tenuissimam non exhibuerit in morte labem sed potius illustria candoris sui testimonia Orbi universo dederit spectanda. Quis etiam non Angelicis simillimam spiritibus Virginis animam tali candidam tam neget? cui tam ampla tot fusi candoris suffragantur argumenta. Et unanimem insane corruptis mentibus furore Virginis Medeanis luce. fuit vana magicorum Vincora quondam opinio, vesano pietatis ... stro pectora Lacteis posse sanari pharmacis hac parthenio ... eam ego medendarum ... facultatem rectius tribuero qua Agrippinis illos rabulas insane raviditos Philosophantes ad saniora diuinæ sapientiæ

vedu

vEduxit consilia vnum vero in sacro tui renis candore, non leviter miror tam rare nimirum formæ spectacula pulveri atq cineri misceri, et totam pdne lactis Venustatem terris absorberi. An id tuo agitur iudicio illo quo fragilem formæ pulchritudinem vanissima candidi vulty simulacra, lacteas illas candoris genas ad natiuum pulueris solum restituras verissime tibi persuadebas et nunc per moriendi otium, quia optata nanciscens tempora pristinum omnem candidi splendorem venustatem vicaria lactis opera terræ # sinceressimo illo contra amentiam elegantia persuaso iudicio nobis tamen hereditarias Virginei candoris opes liquido potius transscripsisses testamento, vt scilicet tuâ castimoniâ decora illibati candoris ornamenta hæreditariis animorum affectibus toto possideremus pectore. In altius etiam quod ego suspicio, in tuo longe lacteo profusi lactis oceano. Dignissimæ certe Virginei tui renis guttæ sunt quæ in noua orientis sydera abeant et ymeneis effusis tenebris Ægyptum meliore donent luce. aut si terris et mortalium oriunda ea inuides, dignissima sunt sane quæ stellata Virginum pectiam

atq omnium parenti pulueri restitutus. Feceris id forte tuo sincerissimo.

Parthenii s adaugeant astris hoc illustrior
Spero fore ut radient atq flammescant igne
quo nobilior e maa st progenita. Nam si ea
quo nobilis aquarum progenies tantum Orbi inue
hit lucis maie fatem, ignita fulgeat quanta no
bilissima virginei lactis partus. Sy deniq
inter pulchros sydereum choros lactea via ca
